HENRICI BOCERI JC. ... TRACTATUS DUO BREVES, PRIOR DE...

Heinrich Bocerus

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
8 A
58

13.6.a.64

Digitized by Google

Digitized by Google

NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
8 A
58

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

XIX g 84 · 6 2 —

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

HENRICI BOCERI

JC.

INCLYTA IN ACADEMIA TUBINGENSI PROfeſſoris Ordinarii. &c.

TRACTATUS DUO BREVES,

Prior

De Diffidationibus von Befehden/ Abſagen/ Feindes vnd Fehdes Brieffen/ Brandeſchatzen. &c.

Alter

De crimine prædationis, latrocinii, & incendiariorum.

TVBINGÆ

Typis EBERHARDI WILDII,
ANNO M. DC. XXV.

BIB. S. AL. ROM.
BIB. S. AL. ROM.
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE
Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆFATIO
IN
SEQUENTES DUOS Tractatus.

ATrox *admodum, & deteſtabile crimen eſt in Imperio non incognitum diffidationis maleficium; ut quod non privato alicui ſolum, ſed ut plurimum Univerſæ Communitati, Urbi, municipio, pago calamitatem ſtruit intolerandam.*

Qui enim facinori huic operam dare audent, non modò in-

cendia, & prædationes, ſed & latrocinia ac cædes minitantur iis, quos ſceleratè impetere præſumunt.

De hoc autem delicti genere Juſtinianus Imp. ſuis in legiſlationibus ſpecialia præcepta tradidit nulla, ſed quorundã Principum recentiorum ſanctiones, maximè verò Imperii receſſus in hoc flagitiũ animadverti iubẽt seriò. Pauci quoq; ex Jureconſultis de hoc crimine, eiusq́; pœnâ ſcripſerunt pauca.

Ut verò nefarii huius ſceleris immanitas publicè notior fiat, & quod ipſi jure conſtitutum ſit ſupplicium, pateat omnibus,

bus, meas quoq́ de eo ex ſacratiſ-ſimis Imperii ſanctionibus, & Doctorum monumentis, quæ cara ſunt, meditationes in lucem proferre dubitavi nihil.

Et quia cū hoc crimine conjunctæ ſunt plerunq́ prædationes, latrocinia, incēdia, placuit mihi de his etiā criminibus, & pœnis eorundem addere ea, quæ publicū ad uſum ſpectare mihi videntur, quæq́ non ingrata lectori fore judico; quē etiam rogatū volo, ut hanc quoq; opellam meam æqui boniq́ conſulat.

Tübingæ, die 8. Septembris, Anno 1625.

Digitized by Google

Digitized by Google

PARTITIO
TRACTATUS DE diffidationibus

INTER CRIMI-
na, quæ facinoroſi
patrare conſueve-
ınt, illud quoq; minimum
on eſt, quod diffidationem
ınctiones Imperiales ap-
ellitant. Ut igitur vlterius
iam operâ meâ commodo
ſerviam publico, certum
ihi eſt, diffidationum Jus
nperii Conſtitutionibus &
octorũ monumentis ſpar-

ſim propoſitum, brevi concludere commentario. Primùm autem de verbo DIFFIDARE pauca dicam, & quid diffidatio ſit exponam; Poſt diffidationis ſpecies quæ ſint oſtendam: Deindè quãobrem quis alium diffidare ſoleat aperiam: Tùm quibus modis diffidatio fiat declarabo: Tùm quæſtionem inſignem an diffidatio quędam ſit ſpecies fractæ pacis publicæ, necne, excutiam: Tùm etiam diffidationis injuſtæ pœna quæ ſit ſtrictim explicabo: Tandem etiam de proceſſu ſuper diffidationis crimine pauca addam.

Digitized by Google

CAPUT, I.

De verbo Diffidare, & quid ſit diffidatio.

SUMMARIA.

1. & 2. *Derivatio verbi* DIFFIDARE.
3. *Diffidare eſt inimicitias denunciare.*
4. *Diffidationis definitio.*
5. *Diffidationis crimen committitur quoque in ſingulas perſonas.*
6. *Diffidationem nonnulli perperàm vocant fidamentum, vel Clarigationem.*
8. *Exempla factæ in Germaniâ diffidationis.*
9. *Scopeliſmus & concuſſionis crimen quid.*

VErbum DIFFIDARE, & vocem DIFFIDATIO legimus in Conſtitutione Friderici ſecundi Imperatoris, quæ ſubiecta eſt libris Feudorum, § *Gazaros*, ibi, diffidamus & bannimus: ut & in aureâ Bullâ Caroli IV. *cap. 17.* §. *eos qui de cætero*, ibi, diffidatis ipſis, *item* ibi, diffidationes huiuſmodi, & ibi, niſi diffidatio, ſi nulla diffidatio. Extat idem verbum apud Petrum

de Vineis *lib. Epiſtolar. 3. cap. 85. his verbis*: Penitus deneges opportunitatem, quam tecum ſoliti ſunt habere, & diffides eos tanquam inimicos noſtros, & Imperii. Quod dictis locis eſt diffidare, & diffidatio, id Fridericus primus Imperator vocat diffiduciare, & diffiduciationem *in Conſtitutione ſuâ de incendiariis & pacis violatoribus, libris Feudorum ſubiunctâ, §. Sancimus etiã*, ibi, fiduciet eum, item ibi, diffiduciatum ſe neget.

1. De origine verbi DIFFIDARE non eſt omniũ idẽ judicium. Quidam putant, traductam hanc eſſe vocem à Gallico vocabulo DEFFIER, Petr. Frider. Mindan. *lib. 1. de proceſſib. c. 25. num. 2.* & Paul. Matthias wehnerus, *lib. ſingulari obſervat. pract. ſub lit.* B. *in verbo* Befehden. At mihi derivatio hæc ſuſpecta ex eo videtur, quòd Gallica illa dictio latinis ſignificat diffidere, ut ex gallico intelligimus dictionario. Cùm autem DIFFIDERE, mißtrauwen/

wen / nicht glauben ſuo ſignificatu alienum ſit à voce DIFFIDARE, quod Germanis ſignificat befehden/ abſagen / widerſagen / verwahren / abſchlagen / Feindts vnd Fehedts Brieff ſchicken / commoda certè mihi non videtur iſthæc derivatio.

Et quamvis vox illa latinis ſignificaret provocare, ut volũt Frider. Mindan, & Wehnerus dictis locis, haud tamen verbo DIFFIDARE aptari commodè poſſet: Tùm quia diffidatio non fit per provocationem, ſed per calamitatis inferendæ denunciationem; Tùm etiam quia PROVOCATIO generale nomen eſt, & non pertinet ſolùm ad diffidationem.

Cùm ergò ipſis rebus congrua 2.
debeant eſſe verba *l. ſi idem, 7. C. de codicill. & §. eſt & aliud genus vers. ſed nos pleniſſimo, Inſtit. de donat.* Inepta videtur derivatio iſthæc: Accedit huc, quod à gallicâ illa dictione verbum DIFFIDARE & numero Syllabarum, & ſono earundem planè diverſum videmus.

Digitized by Google

Zaſius verò *in §. ſic itaq; diſcretis, circa fin. Inſt. de act.* Exiſtimat verbum DIFFIDARE barbarũ eſſe vocabulum. Sentit idẽ Hotoman. *in libello de verb. Feud. in voce* Feida, ubi diffidatio, ait, quæ à barbaris ad latinam conſuetudinem alludentibus diffiduciatio dicta eſt.

3. Eſt autem DIFFIDARE inimicitias denunciare, bellum indicere, hoſtem declarare, Hotom. *in d. libello de verb. feud. in verb.* diffidare, & verb. Feida. Quando ergò quis vim alicui, aut pluribus denunciat, & declarat ſe eius, vel ipſorum eſſe hoſtem, calamitatem futuram minando, diffidare eum, vel ipſos dicitur.

4. Unde diffidatio non ineptè definitur denunciatio animi hoſtilis, quâ quis alii cuipiam ſignificat, ſe eum armis, igne, ſpoliis, rapinis perſequuturum, **Wann einer einem abſaget/ oder jhme Feindtſchafft zuſchreibet/ oder Brandzeichen ſtecket/ vnd jhne mit Raub/ Brandt/ Mordt zube-**

Digitized by Google

ſchädigen betrauwet/ vnd befehdet/ ſolches iſt propriè für Fehden zuachten/ ut ſcribit Joachim. à Beuſt. *ad l. admonendi 31. num. 1179. verſ. quia verò eſt differentia, mihi pag. 527. ff. iurcinr.* Et teſtatur inprimis textus aureæ Bullæ Caroli IV. *cap. 17.* his verbis: Eos, qui de cætero aliquos intēpeſtivè diffidant, declaramus, damna quæcunq; per incendia, ſpolia vel rapinas diffidatis ipſis inferre non poſſe, & factas vel fiendas diffidationes in poſterum non valere; nec licere prætextu diffidationis cujuslibet quempiam invadi per incendia, ſpolia vel rapinas.

Ex hâc Carolinâ Sanctione, junctâ Legiſlatione Imperatoris Friderici II. *in d. §. ſtatuimus etiam*, propoſita diffidationis definitio robur capit firmum, & lucem clariſſimam. Diffidationis genus eſt DENUNCIATIO ANIMI HOSTILIS Quòd aut diffidatio per denunciationem fiat, arguit abunde dicta Friderici conſtitutio in verbis PER

CERVUM NUNCIUM, & verbis, NUNCIUS IDEM SI VIVUS EST. Diffidatio igitur hoc genere differt à violatione pacis publicæ, quæ præſenti armatâ vi jam flagrante fieri ſolet. Diffidatio futuram ſolùm deſignat eiuſmodi vim, non præſentem, id quod ſentit ac docet etiam Petr. Frider. Midan. *d. cap.* 25. *§. 3. num.* 8. *lib. 1. de proceſſib.*

Huiuſmodi autem denunciationem diffidariam fieri animo hoſtili, ex definitionis propoſitæ ſubjectis cognoſcitur verbis, ex dictâ Carolinâ Sanctione & Receſſib. Imperii deſumptis, de quibus mox dicam. Aio in definitione ALII CUIPIAM, quæ verba generalia ſunt, & complectuntur non modò univerſam quandam Communitatem putà oppidum, vel pagum quendam, ſed & perſonas ſingulas extra Communitatem in villis ſuis domicilium habentes, in quibus etiam diffidationis crimen committi oſtendit Caroli IV. Conſtitutio

Digitized by Google

tio in aureâ Bullâ *c. 17.* ibi, quibuscunq; dominis aut perſonis, item ibi, prætextu diffidationis cuiuslibet quempiam invadi. Id quod notandum contra eos, qui hanc in opinioné venerunt, ut exiſtiment, diffidationem hoc ipſo differre à minis, ſive minitationibus, quòd diffidatio pertineat non ad unum privatum aliquem, ſed ad totum populum, vel Univerſitatem, minæ verò, ſive minitationes ſpectent ſingulos, ſive privatosquoſq;. Hâc opinione imbutus eſt Weſembec. *in complemento Commentariorum Schneidewini. in §. item Lex Iulia, num. 4. Tit. Inſtit. de publ. judic.* Weſembecium ſequuti ſunt Berlichius *concl. 22. de pœnis minitationum 3. part. 4.* & Aumæus *in diſcurs. ad aur. Bull. Caroli V. theſi 17.*

Addo in definitione, SE EUM RMIS, IGNI, SPOLIIS, RAPINIS ERSECUTURUM, quæ definitionis irs ſpecificam maximè denotans ffidationis differentiam, quâ ipſa

A 5 diffi-

diffidatio à minis, ſive minitationibus diſſeparatur, petita eſt ex dictâ Carolinâ Conſtitutione, ubi inter cætera hæc leguntur verba: damna quæcunq; per incendia, ſpolia vel rapinas diffidatis ipſis inferre non poſſe. Item hæc verba: Non licere prætextu diffidationis quemlibet invadi per incendia, ſpolia, vel rapinas. Huic Conſtitutioni adjungendus Receſſus Imperii Wormacenſ. de Anno, 1495. Rubric. Friedbott/ cuius verba hæc ſunt: Ordnen in Krafft dieſes Brieffs/ dz niemandts von was Würden/ Standt vnd Weſens der ſey/ den andern befehden/ bekriegen/ berauben/ fahen/ vberziehen/ belegẽ/ noch auch einig Schloß/ Stätt/ Märckt/ Dörffer / Höff oder Weyler mit gewaltiger That frevenlich einnẽmen / oder gefährlich mit Brandt oder andere Weg beſchädigen ſoll. Hâc ex diſpoſitione intelligitur, diffidationem fieri animo hoſtili, quo diffidator armis, igni, ſpoliis, rapinis diffidatum perſequi intendit, quodq́ue diffidatio non ſolùm oppidis,

Digitized by Google

pidis, & pagis, ſed & villis, atque ita ſingulis perſonis fieri ſoleat, ut arguunt abundè verba illa, **daß niemandt den andern / noch auch einig Schloß / Stätt / Märckt / Höff mit Brandt / oder andere Weg beſchädigen ſoll.**

Eadem Imperii Lex verbis iiſdẽ extat in Receſſu Wormacenſi de Anno 1521. in fine principii, & Titulo proximè ſequenti **von vffhebung aller Fehdt.**

Eſt ergò omnibus numeris perfecta diffidationis definitio quam propoſui, à quâ non omninò alienus eſt Petr. Frider. Mindan. *in d. cap. 25. num. 2.* Ubi diffidationem definit denunciationẽ belli & extremæ perſecutionis ad bona, vitam, corpus & Sanguinem.

Nonnulli diffidationem appel- 6.
lant fidamentum, Guido Papa *decis 191.* Quidam clarigationem vocant, ut indicat And. Gail. *libr. ſingul. de pignorat. obſervat. 2. num. ult.* Cuius vocis hanc eſſe notionem quidam putant

Digitized by Google

putant, quòd diffidatio clarâ voce fiat. At quia diffidatio expeditur ſæpè non voce, ſed quodam ſigno mit Brandtzeichen auffſtecken / notatio iſthæc commoda videri non poteſt. Inde autem vocem illam puto natam eſſe, quòd diffidatio clarè, hoc eſt palàm, non occultè fieri ſoleat, ſive voce, ſive ſigno id fiat, ut clarigatio ſit, quaſi clara & aperta actio.

7. Qui autem alteri bellum, aut inimicitias denunciat, & eius ſe hoſtē declarat, diffidator dicitur, & cui eiuſmodi denunciatio fit, diffidatus appellatur, ut indicat textus in aureâ Bullâ Caroli IV. *cap. 17.* Ibi diffidatis ipſis. Idem vocatur etiam diffiduciatus in dictâ Conſtitutione Friderici Imp. §. *ſtatuimus etiam*, ibi, diffiduciatum. Nominatur quoque alibi Faidoſus, ut teſtatur Hotom. *in d. libello de verb. feudalib. in verb.* Feida & Faida.

8. Exempla diffidationis in Germaniâ non pauca extant, Anno

1542

1542.13.Julii à Sociis Smalcaldici Fœderis Duci Brunſuicenſi Henrico facta fuit diffidatio, quam etiam poſtea 9. Auguſti obſidio Wolffenbuti ſecuta fuit. Nobilis quoque à Sickingen Principes aliquot Imperii, & Metenſes diffidare non dubitavit. Unde Palatinus Elector, & Trevirenſis, itemque Landgravius arcem ipſius oppugnarunt, cuius utriuſque exempli mentio fit *in voto XV.num.37. part.1.tom.2. votor. Cameralium*, meminit eiuſdē Petr. Frider. Mindan. *d.c.25.num.11.*

Aliud diffidationis exemplum proponit Modeſtinus Piſtoris *quæſt. 13.num.1.part.1.Illuſtrium Iuris quæſtionum*, de quodam Eliſæo à G. qui Norimbergenſes diffidârat & propterea capite punitus fuit.

Diffidationi haud omninò diſſi- 9.
milis eſt Scopeliſmus, qui eſt, cum inimicus aliquis in prædio inimici ſui lapides ponit, indicio futuros, quod is, qui eum agrum coluerit, malo leto periturus ſit inſidiis inimici;

mici, qui Scopulos poſuit. Quæ res tantum timorem habet, ut nemo ad eum agrum accedere audeat, crudelitatem timens eius, qui ſcopeliſmum fecit, *l. ſunt quædam 9. ff. de extraordin. criminib.*

Eſt quoque diffidationi vicina concuſſionis crimen, ut cum poteſtatis publicæ, propriæ vel alienæ metu illicitè injecto, aliquid extorquetur ab alio, id agente, ut alicuius rei præſtatione eo ſe metu liberet, *l. 1. & l. 2. ff. de concuſſ. l. illicitas 6. § illicita de offic. Præſid.* Donell. *lib. 15. Comment. cap. 39.*

CAPVT, II.

De ſpeciebus Diffidationis.

SUMMARIA.

1. *Diffidatio aut eſt iuſta, aut iniuſta.*
2. 7. & 8. *Iuſta Diffidatio quæ dicatur.*
3. *Ad bellum Iuſtum quæ requirantur.*
4. *Nulli privato, imò nec Principi competit poteſtas indicendi bellum abſque licentiâ Imperatoris.*

5. Ipſà

5. *Ipſe Imperator non poteſt movere bellum abſq; voluntate & Conſilio Electorum.*
9. *Ad Diffidationem legitimam quæ requirantur.*
10. *Quæſtio. Si poſt diffidationem iuſtam induciæ ad certum tempus fiant, an elapſo eo tempore diffidatio in effectum produci poſſit.*
11. *Quæ dicatur iniuſta diffidatio.*
12. *& 13. Diffidationes iniuſtæ, Cur Sanctionib. Imperii abrogatæ ſint.*
14. *15. 16. & 17. Diviſio diffidationis in puram & conditionalem non videtur commoda.*
18. *In diffidatione iniuſtâ duo ſpectantur crimina.*

DIffidatio duplex eſt, Juſta & legitima, vel Injuſta, ut arguit textus Ordinationis Criminalis Caroli V. *art. 129.* & Aurea Bulla Caroli IV. *cap. 17.* ac docet Petr. Frider. Mindan. *d. lib. de Proceſſib. cap. 25. n. 3.* & Author notarum ad Conſtitutiones criminales Caroli V. *d. art. 129.* 1

Juſta & legitima diffidatio eſt, quæ fit jure permittente. Eiuſmodi eſt diffidatio, quæ fit juſto bello publicè concitando; de quâ diffidatione diſſerui in Tractatu meo 2

de

de bello *cap. 5.* Et quòd diffidatio iſthæc, das abſagen/ juſta quoque bella præcedere debeat, tradit etiam Bald. *in Conſtitut. Friderici Imp. & eius Filii Henrici de pace Conſtantiæ, §. vaſalli noſtri, num. 3.* & arguit textus *in l. ſi manumiſsio 4. C. de obſeq. parent. præſtand. & l. 2. num 71. C. de ſervitutib. & aquâ, in l. exercitorem n. 34. C. de execut. rei iud. in Auth. nulla communitas, num. 2. C. de Epiſcop. & Cler.* Laudens. *Tract. de bello, quæſt. 9. & quæſt. 39. & Tit. 5. Quib. mod. feud. amitt. §. ſimiliter, num. 12. lib. 1. Feud.*

3. Quod autem ſit bellum juſtum, expoſui in *d. Tractatu meo de bello, c. 3. & 4.* Ubi oſtendi quòd ad juſtum & legitimum bellum requiratur autoritas Imperatoris, & juſta belli cauſa. Ad quæ duo requiſita accedere etiam debet ipſa diffidatio, antequã bellum ſuſcipiatur, Bald. *in l. ex hoc jure. num. 11. ff. de Iuſt. & Iur. & in l. ſi manumiſſori, num. 2. C. de obſeq. patron. præſtand.* Zaſius *in d. §. ſic itaq. diſcretis, circa fin. & ibid.* Jaſon, *Inſt. de Action.* Johan. Schneidew. *ad §. omnium num. 125. Inſt. d. t.*

Nulli

Nulli ergò privato, imò nec alicui Principi Imperatori ſubiecto data eſt facultas indicendi belli abſq; licentiâ Imperatoris. *l. 2. verſ. eâdem lege tenetur*, ibi, qui injuſſu Principis bellum geſſerit, *ff. ad L. Jul. Maieſtat. & l. 1. C. ut armor. uſus inſcio Principe interdict. ſit, lib. 11.* Quin etiam ipſe Imperator bellum movere non poteſt abſque conſilio & voluntate Septemvirorum, & Ordinum Imperii, ut apparet ex Capitulatione Cæſareâ, quæ extat etjam apud Sleidanum *pag. 21. & ſeqq.* 4.

Quòd ſi quiſquam abſque licentiâ Imperatoris bellum concitet, crimen læſæ Maieſtatis committere dicitur, *d. l. 3. & l. ult. ff. ad L. Jul. Majeſtat.* Matth. de Afflict. *ad Tit. 27. de pace tenendâ, §. ſiquis hominem. num. 27. lib. 2. Feud.* Damhoud. *in praxi rerũ criminalium cap. 82. de bello num. 20.* Quidam opinantur, quòd incidat in crimen legis Juliæ de vi publicâ, ita Bartoli authoritate motus ſentit Alciat. *conſ. 132. num. 20. lib. 5.* Sed 5. 6.

Digitized by Google

hæc opinio improbatur in *dicto voto Camerali 15. num. 22. part. 1 Tom. 2. votorum Cameral.* Verùm non eſſe omninò rejiciendam opinationem illam, ſi bellum abſque Imperatoris permiſſu aliquis excitet in Imperio contra Statum Imperii, patet ex textu *in l. 3. in princ. ff. ad L. Jul. de vi. publ. & l. ult. C. d. t.*

7. Eſt quoque juſta diffidatio, quæ fit ex permiſſu Imperatoris vel Regis Romani, & quæ expeditur contra eum, qui diffidantis, aut eius Provinciæ, vel cognationi guerram ſive hoſtilem diſſenſionem commovet: tùm etiam quæ fit ad repellendam vim ipſius diffidandi, ut arguit criminalis ordinatio Caroli V. *art. 129.* ut & Imperatoris Friderici, II. *Conſtitutio apud Melchiorem Goldaſt, ſub ſtatutis & Reſcriptis Imperialibus, pag. 81. cap.* 4. Et his caſibus diffidationes jure admitti cenſet etiam Berlich. *practicar. concluſ. part. 4. concl. 21. num. 22. 23. & 24.* Accedit textus *in l. 3. ff. de juſt. & jur.*

l. 1. §.

l. 1. §. vim vi, ff. de vi & vi armatâ, l. factum 197. §. non videtur, ff. de Reg. jur.

Eſt & illa juſta diffidatio quam quis movet adverſus debitorem ſuum, quem judiciali remedio nullo ad præſtandum quod debet, adigere poteſt, ut arguit Imp. Friderici *Conſtitutio apud Goldaſtum d. pag. 81. cap. 1.* & clarius indicat *Receſſus Imperii Francofurtenſis, Anno 1442. Imperante Friderico III. editus.* Quo exemplo declarari poſſunt verba Caroli V. *d. art. 129.* hæc ſcil; oder ſonſt zu ſolcher Fehde rechtmäſſig gedrungen Urſach hette. Hujus enim Carolinæ Sanctionis meminit Fridericus Imp. in allegato modò Receſſu. Utriuſque illius Imp. Friderici Legislationi congruit *l. generali 54. C. de Decurion. lib. 10. l. ait Prætor 10. §. ſi debitorem 16. ff. quæ in Fraud. credit. l. ſi aliàs 7. §. belliſſimè, ubi* Gloſſa *in verb.* Ex magnâ *ff. quod vi aut clàm.* 8.

Non tamen cuivis privato ex dictis cauſis diffidationes permitti videntur, ſed tantùm Principibus, & aliis, quibus merum imperium

& regalia competunt, ut cenſet Berlich. *d. concl. 21 num. 25.*

9. Ut autem diffidatio ex cauſis illis legitima cenſeatur, neceſſe eſt, ut ea diffidando fiat interdiu non noctu, & quidem perſonaliter; vel in loco habitationis ipſius, & ut per tres dies naturales diffidatio ei intimetur, eaque intimatio per teſtes idoneos probetur, ut cognoſcitur ex aureâ Bullâ Caroli IV. *cap.* 17. quam probat Imper. Fridericus III. *d. Receſſu de Anno* 1442. & ante eum Imp. Fridericus II. idem voluit conſtitutione ſuâ apud Goldaſtum antea dicto loco, his verbis: **Wer aber ſeine Klage vollenführt/ würdt jhme nicht gerichtet/ vnd muß er durch ſeinen Feinden Widerſagen/ daß ſoll er bey tag thun/ vnd von dem tage/ daß er Widerſagt/ biß an den vierdten Tag/ ſolle er jhme keinen Schaden thun/ weder an Leib/ oder am Gut/ So hat er drey gantze tage frey.**

10. Hîc non incommodè poteſt quæri, ſi poſt juſtam diffidationem

treugæ,

Digitized by Google

treugæ, ſive induciæ ad certum tempus fiant, an lapſo eo tempore diffidamentum produci in effectũ poſſit? Aiens pronunciatum firmatur per text. *in l. 3. §. ſi ad diem ff. de re milit.* Et docet Guido Papa *in decis. Gratianopolit. quæſt. 191. num. 1. in fin.* Si quoque treugam non præceſſerit diffidatio ſive guerra, ſed materia ſolùm ad guerram nondum motam preparata fuerit, tunc ad certum tempus facta treuga, finito tempore treugæ diffidatio ritê fieri poteſt, et poſt diffidationem illam procedi ad eius effectum, Bald. ad *Tit. de pace Conſtantiæ, §. vaſalli, verſ. ſed quid.*

Injuſta diffidatio eſt, quæ Juris diſpoſitione eſt prohibita: qualis eſt omnis diffidatio præter eas, quas ratione cauſæ & ſolennitatis juſtas eſſe, hactenus oſtendi, argumento *Tituli Inſtit. Qui ſui vel alien. Jur. ſunt, in princ. & l. etſi. contra 35. in fin. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Et patet ex Receſſibus Imperii aliquam II.

B multis

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

multis. Et primùm quidem ex *Receſſu VVormacienſi de Anno* 1495. Tit. Friedbott / & Tit. Auffhebung aller Fehdt. Item ex *Receſſu Auguſtano de Anno* 1500. Tit. Von auffgerichtem Landtfrieden. *Ex Receſſu Colonienſi de Anno* 1512. §. Vnd objemandts / ibi, befehden / abſagen / bekriegen. Ex *Receſſu Vvormacienſi de Anno* 1521. Tit. Auffhebung aller Fehd. Ex *Receſſu Auguſtano de Anno* 1548. Tit. Von auffhebung aller Fehdt. Qui novi Receſſus omnes quantumvis generales, non eo ſenſu capiendi ſunt, quaſi nulla omninò diffidatio amplius juſta, & legitima haberi debeat. Cùm enim ſpecialiter non abrogent diffidationes quoq; eas, quas juſtas & legitimas dixi, putandum non eſt, quòd planè eas etiam tollant, per text. *in l. præcipimus 32. C. de appellat.* Ubi Theodos. & valentin. Quidquid ajunt hâc lege ſpecialiter non videtur expreſſum, id veterum legum conſtitutionumq́ue regulis omnes relictũ intelligant.

Idem

Idem legimus cautum in *c.1. in fin. Tit. de conſtit. in 6.* ubi Pontifex Bo-
nifacius VIII. Sanxit, per Conſti-
tutiones noviter editas non intelli-
gi in aliquo derogari prioribus
conſtitutionibus.

Non deſunt tamen qui omnem
omninò diffidationem per Novel-
las illas Imperii Conſtitutiones
planè abrogatā putant, inter quos
etiam Paul. Matth. Wehner. *lib. ſin-
gul. practicar. obſer. ſub lit. B. in verb.*
Befehden/fehden/Brandtſchatzen. §.
*quinetiam Fridericus, verſ. cæterùm cum
inde omnis generis ampliationes.*

Ideò autem cæteræ diffidationes 12.
omnes quas dixi injuſtas novis Im-
perii Sanctionibus abrogatæ ſunt,
quia Legi Divinæ repugnant, ut
arguit Dei præceptum quintum,
non occides, & præceptum nonū,
non concupiſces domum proximi
tui, cùm etiam decimum præce-
ptum: non deſiderabis proximi
bovem, non aſinum, nec omnia
quæ illius ſunt. Repugnant quoq;

Legi naturæ, ut indicat text. *in l. 3. ff. de Juſtit. & Jur.* Adverſatur etiam honeſtati, & omnis generis conſpirationibus & diſſidiis cauſam præbent. Vnde Juſtinianea quoq; Jura civilia diffidationes illas injuſtas omnes acriter prohibent, *l. hostes 24. verſ. cæteri, ff. de captiv. & poſtlim. reverſ. l. aut. facta 16. ff. de poen. l. 3. in princ. ff. ad. L. Jul. de vi publ.* Prohibent eaſdem non modò Jura Feudalia, *Tit. 53. de pace tenendâ, §. conventicula, lib. 2. Feud.* Sed & Novellæ Imperii antea citatæ Conſtitutiones, nec immeritò, cùm enim ſcaturigo ſint omnis mali, & pacem publicam in Imperio turbent, eruendæ ſunt ut Zizania inter lilia, & morbus à radice curandus.

13. Adhæc ſi adverſarius dignus videatur vindictâ, juris remediis coerceri, & ad præſtandum debitum Judicis poteſtate compelli poteſt, *l. nullus 14. C. de Judæis*, ubi Imperatores Honorius & Theodoſius idcircò, ajunt, judiciorum vigor juriſq;

Digitized by Google

ſq; publici tutela videtur in me-
o conſtituta, ne quiſquam ſibi
ſi permittere valeat ultionem.
ioclecianus quoque & Maximia-
ıs *in l. negantes 9. C. de oblig. & action.*
egantes, aiunt, debitores non o-
ɔrtet armatâ vi terreri, ſed Juris
mediis ad ſolutionẽ urgeri con-
nit. Pertinet etiam huc Divi
arci Imperatoris decretũ *in l. ex-*
:. 13. ff. quod met. cauſ. his verbis
opoſitum: Optimum eſt, ut ſi
ıas putas te habere petitiones, a-
onibus experiaris, non vi pro-
iâ. Eſt enim etiam vis quoties
ıis id, quod deberi ſibi putat, non
r judicem expoſcit.

Præter diviſionem diffidationis 14.
juſtam & injuſtam, de quâ ha-
:nus, eſt & alia eiuſdem diſtribu-
ɔ, in puram & conditionalem
ffidationem. Pura diffidatio eſt,
â denunciatur alicui ſimpliciter
:ura calamitas, de quâ in defini-
ɔne, non addito, ſi diffidatus hoc
l illud non dederit, feceritvè.

Conditionalis diffidatio eſt, quæ fit aliquem in eventum, ut ſi diffidatus non præſtiterit, quod petitur ab eo, Weſemb. *in complemento commentariorum Schneidewini ad d.* §. *item lex Julia de vi, num.* 4. §. *ſed cum tam levis, Inſtit. de publ. judic.* Berlich. *concl.* 22. *de Poenis minitationum, num.*
15. 22. *part.* 4. Quidam tamē conditionalem diffidationem pro ſolâ & ſimplici minitatione, non pro verâ & propriâ diffidatione agnoſcunt, & propterea conditionalem diffidatorem non eſſe puniendum gladii pœnâ exiſtimant, ut indicat *quæſtio 36. partis 4. variar. quæſtion. & reſolution. Saxonicar.* & teſtatur Berlich. *d. concl.* 22. *num.* 4. moventur autem illi hoc argumento, quòd conditio ſuſpendat actum, & nihil in eſſe ponat, *l. cedere diem* 213. *ubi* Gœddæ. & alii, *ff. de verb. ſign. l. ſi quis ſub conditione, 8. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.* Andr. Tiraquell. *tract. de retract. Lignagier,* §. 1. *gl.* 2. *num.* 22. *& gl.* 9. *num.* 100. *& gl.* 10. *num.* 44. *& ſeq.*

Autu-

Autumant ergò minitationem ſive minas eſſe, non diffidationem, Wann einer einem in Schrifften bedräuwet/ da er ſich mit jhme nicht vertragen/ dieſes oder jenes thun/ oder geben wölle/ daß er alsdann deß Brennens/ Raubens/ Mordens vnd anders ſolte gewärtig ſeyn. Wa es aber Simpliciter vnd ohne geding geſchehe/ daß ſolches ein diffidation, oder befehdung ſeyn ſolte.

Sed hanc opinionē improbarunt Scabini Saxonici, ac ſtatuerūt, diffidationē eſſe, licet quis conditionaliter ſignificet, quòd aliquem ferro, igni, ſpoliis, rapinis perſequi velit, ſi ille non det, aut faciat aliquid. Quæ ſententia juri omninò conſona videri debet: Conſtitutio enim Imperii pro veris diffidationibus habent, quando quis cuipiam ſignificat, quòd eum ferro, igni, ſpoliis, rapinâ perſequi velit, ſive id purè, ſive ſub conditione fiat, & ſupra cap. 1. in diffidationis definitione, & eius declara- 16.

tione

Digitized by Google

tione ex Receſſib. Imperii oſtendi, & patet ex reſolutione Saxonicâ dictæ quæſtionis 36. part. 4. his verbis: Die definition der Fehder gebe/ daß die welche ſich an Gleich vñ Recht nicht wöllen benügen laſſen/ Sonder mit betrauwter aigner Rache/ die Leutte wider Recht/ nach jhrem Willen zuleben zwingen/ daß ob gleich ſolche Fehde vnd Abſage mit einer Condition geſchehe/ doch damit das Thättlich fürnem̃en Mordt/ Brandt Raub/ ꝛc. darinnen angezeigt/ daß ſolches nicht pro ſimplicibus minis, weil es nicht allein bloſſe Drauwort / Sondern Schrifften/ oder aber/ Brandtzeichen ſeindt zuhalten.

17. Comprobat ſecundò hanc conclusionem, quòd Imperii Conſtitutiones oſtendunt, diffidationes ut plurimum ſub huiuſmodi conditione fieri ſolere, niſi quid datum, vel factum fuerit. Quocirca Conſtitutiones illæ etiam ad eiuſmodi conditionales diffidationes extendendæ ſunt, Cùm Jura ad ea apten-

Digitized by Google

aptentur, quæ ut plurimum fiunt, *l.4. & l. ſeq. ff. de legib.*

Adhæc ſi iſthoc quoque facinus ſub conditione admiſſũ, nõ haberetur pro verâ diffidatione, facilè inveniretur fraus, per quam diffidationes eſſent licitæ; cùm quilibet, eiuſmodi diffidationes conditionales non ita acriter puniri ſciret, ut ſcriptum legimus in *d. Reſolutione Saxonicâ dictæ quæſt. 36. verſ.* Ettliche ſeindt in Gegenmeinung. Et hanc ſententiam Auguſtum Electorem Saxoniæ in ſuis *Novell. part. 4. Conſtit. 15.* approbaſſe teſtantur Weſemb. *in ſupplemento Commentar. Schneidewini ad § Item lex Julia de vi, num. 4.* Daniel Moller. *in Commentariis ad Novellas Saxonicas Conſtit. 15. num. 4. verſ. & hanc poſteriorem, & num. ſeq* tùm etiam Berlich. *d. concl. 22. num. 23. & 24.*

Contrarium qui ſentiunt, ipſis 18.
perfugium præbet nullum, quod de conditionis naturâ dicitur, In diffidatione enim conditionali duo ſpectan-

tione ex Receſſib. Imperii oſtendi, & patet ex reſolutione Saxonicâ dictæ quæſtionis 36. part. 4. his verbis: Die definition der Fehder gebe/ daß die welche ſich an Gleich vñ Recht nicht wöllen benügen laſſen/ Sonder mit betrauwter aigner Rache/ die Leutte wider Recht/ nach jhrem Willen zuleben zwingen/ daß ob gleich ſolche Fehde vnd Abſage mit einer Condition geſchehe/ doch damit das Thättlich fürneiñen Mordt/ Brandt Raub/ ꝛc. darinnen angezeigt/ daß ſolches nicht pro ſimplicibus minis, weil es nicht allein bloſſe Drauwort / Sondern Schrifften/ oder aber/ Brandtzeichen ſeindt zuhalten.

17. Comprobat ſecundò hanc concluſionem, quòd Imperii Conſtitutiones oſtendunt, diffidationes ut plurimum ſub huiuſmodi conditione fieri ſolere, niſi quid datum, vel factum fuerit. Quocirca Conſtitutiones illæ etiam ad eiuſmodi conditionales diffidationes extendendæ ſunt, Cùm Jura ad ea

apten-

aptentur, quæ ut plurimum fiunt, *l.4. & l.ſeq.ff. de legib.*

Adhæc ſi iſthoc quoque facinus ſub conditione admiſſũ, nõ haberetur pro verâ diffidatione, facilè inveniretur fraus, per quam diffidationes eſſent licitæ, cùm quilibet, eiuſmodi diffidationes conditionales non ita acriter puniri ſciret, ut ſcriptum legimus in *d. Reſolutione Saxonicâ dictæ quæſt. 36. verſ.* Ettliche ſeindt in Gegenmeinung. Et hanc ſententiam Auguſtum Electorem Saxoniæ in ſuis *Novell. part. 4. Conſtit. 15.* approbaſſe teſtantur Weſemb. *in ſupplemento Commentar. Schneidewini ad § Item lex Julia de vi, num. 4.* Daniel Moller. *in Commentariis ad Novellas Saxonicas Conſtit. 15. num. 4. verſ. & hanc poſteriorem, & num. ſeq* tùm etiam Berlich. *d. concl. 22. num. 23. & 24.*

Contrarium qui ſentiunt, ipſis 18. perfugium præbet nullum, quod de conditionis naturâ dicitur, In diffidatione enim conditionali duo ſpectan-

ſpectantur crimina: Vnum quod præſens eſt, ipſa ſcil. diffidatoris denunciatio. Alterum quod ſequi ſolet diffidationem, ipſa ſcil. trucidatio, ipſa inflammatio, ipſa ſpoliatio, & rapina ipſa, conditio autem diffidationi adpoſita non ſuſpendit ipſam diffidationem, ſed alterum illud crimen ſuſpendit. Diffidatio conditionalis per ſe crimen purum eſt, non ſuſpenſum; ſed alterum illud crimen ſuſpenſum eſt, & dilatum in eventum, donec ſcil. aliquid non detur, aut præſtetur diffidatori, & diverſis his criminib. diverſæ pœnæ ſunt propoſitæ, ut infrà dicetur.

CAPUT, III.

Quam ob cauſam Diffidationes fieri ſoleant.

SUMMARIUM.

1. 2. & 3. *Quæ ſint cauſa diffidationum.*

HUic Capiti operoſum impendere laborem haud neceſſum duco

duco, paucis in eo declarando me expediam.

Diffidare alius ſolet alium, vel ob debitum, quod alter alteri præſtare obligatus eſt; vel ob prędium, aliamvè rem, á cuius poſſeſſione alter alterum deiecit, vel propter injuriam, quâ unus alium affecit, ut facinus illud in eo vindicet ferro, igne, ſpolio, rapinâ, vulgò appellatur, ReutterRecht / Fauſt-Recht. Has eſſe cauſas diffidationum patet ex *Receſſu Imperii Vvormacienſi de Anno* 1595. Tit. Fridtbott/ ubi his cavetur verbis: Daß niemandts den andern befehden/ Sonder wer zum andern zu ſprechen vermeint/ der ſoll ſolches thun an den Enden vnd Gerichten/ da die Sach hie vor oder jetzt in der Ordnung deß Cammergerichts zu Außtrag verthädingt ſeindt/ oder künfftig würden / oder ordenlich hingehören. Eadem legislatio reperitur in *Receſſu Vvormacenſi de Anno*, 1521. Tit. Ordtnung deß Landtfridens/ in fine principii. Tùm etiam I.

in

in *Receſſu Imperii Auguſtano de Anno,* 1548. Tit. Römiſcher Key. May. Vnd deß Heiligen Reichs Landtfridt/ *in fine principii.*

2. Diffidationes etiam quandoquè ideò fiunt, ut diffidator à diffidato pecuniam non debitam extorqueat, Cuiuſmodi diffidationes uſitàtè appellantur Brandtſchatzung/ de his agit etiam Petr. Heig. *quæſt.* 32. *num.* 9. *part.* 2. Solent, ait, iſti hoſtes (loquitur de diffidatoribus) non tantùm minari his, quibus cum inimicitias gerunt, ſed & comprehenſos miris modis compellere, ut prægrandem pecuniæ ſummam ſe daturos promittant.

3. Sæpenumerò quoque diffidationes privato ex odio, quod quis concepit adverſus alium ob eius proſperiorem fortunam, cui invidet, ſuſcipi, dubium eſt nullum.

CAPUT,

CAPVT, IV.

Quibus modis Diffidatio fiat.

SUMMARIA.

1, 2, 3. & 4. *Diffidatio expeditur vel propriâ diffidatoris voce, vel per literas eiusdem, vel per nuncium, vel per ſigna quædam diffidatoria.*

5. *Nuda Comminatio alicuius privati an habeatur pro diffidatione?*

6. *Diffidationes & hoſtilia ſonant in publicum, nec pertinere videntur ad unum quendam privatum.*

7. *Verba hæc.* Ich will mich an dir rechen/ *pro nudis reputantur minitationibus.*

8. & 9. *Verba iſthæc.* Ich will ein Kugel mit dir wechßlen. Ich will dich erſchieſſen/ *quatenus important diffidationem.*

10. & 11. *Oſtenditur error Vveſembecii & Arumæi, qui arbitrantur verba prædicta non habenda pro diffidatoriis, quia ſonent in publicum.*

12. *Dictio* die Leutt *in ordin. Crim. Caroli. V. art. 128. non eſt collectiva.*

13. & 14. *Nudæ alicuius Scelerati hominis voces minaces quando pro diffidatione habeantur.*

15. *Reiicitur opinio quorundam, qui Iudicis arbitrio*

bitrio relinquendum eſſe putant, num ſcripta vel ore prolata verba diffidationem aut minitationem indicent.

16. *Quæſtio. Si verba alicuius pro diffidatoriis non poßint haberi, ſed minitationem ſolùm contineant, an dimittendus ſit minator ille.?*

18. *& 19. Num etiam fœminæ minitantes ad cautionem de non offendendo adigi poßint?*

21. *Cautio de non offendendo vel fideiuſſoribus, vel pignoribus præſtatur.*

22. *Num Iuratoria cautio hic admittenda?*

23. *Vtrùm dives & immobilia poßidens hanc de nõ offendendo cautionem fideiuſſoribus præſtare cogatur?*

24. *& 25. Minas effundens atroces an præſtare teneatur cautionem de non offendendo tam ipſum petentem, quàm ipſius familiares & domeſticos?*

26. 27. *& 28. Vtrùm minator hanc de non offendendo cautionem præſtare cogatur etiam pro ſuis liberis, amicis, & ſimilibus?*

29. *& 30. Quamdiu cautio de non offendendo duret.*

1. DIffidatio expeditur vel propriâ diffidatoris voce, vel per literas diffidatoris, vel per nuncium, vel per ſigna quædam diffidatoria.

Pro-

Digitized by Google

Propriâ voce diffidatoris fit ipſa diffidatio, ſi diffidator ipſi diffidato dicat: Rubrum gallum ad ædes tuas transmittam, Ich will dir einen rothen Hanen auff daß Hauß ſetzen. Damhoud. *in prax. rer. crimin. cap. 13. num. 10.* Quibus verbis indicat diffidator, ſe diffidati ædibus inflammationem illaturum. Non aliter tamen diffidationem hęc verba inducunt, niſi addatur, vnnd dich auch mit Mordt vnd Rauben verfolgen.

Literarum diffidatariarum fit mentio in *Receſſu Imperii Ratiſponenſi de Anno, 1594* §. dergleichen/ibi, die ſich zu den verbottenen Fehdt vnd Abſags brieffen zuſchreiben gebrauchen laſſen. Harum literarum meminit quoque Petr. Frider. Mindan, *lib. 1. de proceſſib. cap. 25. num. 1. 5. & 12. Item* Petr. Heig. *d. quæſt. 32. num. 10. part. 2.* 2.

Quòd etiam per nuncium diffidationes expediri ſoleant, teſtatur Fridericus Imperator in Conſtitutione de incendiariis *d. §. ſtatuimus etiam*, ibi, per certum nun- 3.

cium, item ibi, nuncius idem ſi vivus eſt. Scribit idem Weſemb. *in dicto complemento Commentariorum Schneidewini Tit. Inſtit. de publ. judic. §. item lex Julia de vi, num. 4. ſub fin.* ibi, zuſchreibt vnd endtbieten laſſet / quem ſequitur Berlich. *concl. 21. num. 26. part. 4.* Idem quoque evincitur ex Aureâ Bullâ Caroli IV. *cap. 17.* ibi, poſſitque de intimatione huiusmodi per teſtes idoneos fieri plena fides. Et quia diffidatio bellica per nuncios quoque, ſive legatos, quos Feciales appellant, fieri ſolet, ut docui *in tract. meo de bello, cap. 5. num. 2. & 3.* quid impediret, quò minus etiam diffidatio alia per nuncios fieret.

4. Per Signa quædam diffidatio fieri dicitur, quando diffidator facto quodam declarat, ſe inimicum & hoſtem eſſe diffidati, eiq; damnum corpori, & bonis ipſius illaturum, ut ſi ſcopas, titiones, carbones, aut id genus alia vulgò Brandtzeichen in pagis vel oppidis affigat, atque

ita

ita ipſis incendio excitando calamitatem minitetur, ut patet ex Saxonicâ ordinatione provinciali, Tit. Muttwillige befehder/ſub finem, *vers*. Nicht allein Brändt/ vnd Beſeme anhengen / & arguit textus in *Ordin. Crimin. Caroli. V. art.* 128. *verſ.* deßgleichen ſol es auch/*&c. junct. text. in Aur. Bull. Carol. V. c.* 17. ibi, damna per incēdia diffidatis inferre, & ſcribit Berlich. *part.* 4. *concl. pract. concl.* 21. *de pœnis diffidationum n.* 17. Dubium eſt nullum quin diffidator per titiones, & carbones ſuſpenſos aut affixos incendium minetur. Per ſcopas oppido, vel pago, aut caſtro alicui affixas indicat ſimiliter diffidator, ſe eò redacturum loci illius ædificia univerſa, ut combuſta eorum cineres ſcopis converri poſſint, ut etiam ſentit Berlich. *d. concl.* 21. *de poenis diffidationum, num.* 17. 3.

Non eſt hoc loco ignorandum, quòd nuda comminatio alicuius privati corpori aut vitæ facta, non habeatur pro diffidatione, ut ſi quis alii dicat, aut ſcribat, Er wölle

mit jhme ein Kugel wechßlen / vnd jhne durchſchieſſen. Weſemb. *in d. complem. comment. Schneidewini Tit. Inſt. de publ. Judic. §. item lex Julia de vi, num. 4.* ubi diſtinguit, was für vnterſchaid ſey vnter drauwworten / vnd Abſagen oder Fehden. Ego, inquit, ſic diſtinguere ſoleo: aut quis minatur, quod tantùm aliquem privatum concernit, & tunc verba, vel literas tale quid minitantes habeo pro ſolis minis, ut ſi quis minetur alicui gladium, pugnam. Oder daß er eine Kugel will mit jhme wechßlen / oder durch jhne ſchieſſen / ꝛc. Diffida-
6. tiones autem & hoſtilia, als Fehde vnd Abſage / ſonant in publicum, ſicut hoſtes & hoſtilia non pertinent ad unum aliquem, ſed totum populum, vel univerſitatem, *l. hoſtes, & paſſim ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.* Et pro diffidationibus eas duco literas, vel diffidationes, quibus pax publica violatur, & unde hoſtilia toti Communitati ſunt expectāda, ſive ad unum, ſive ad totam Communi-

municatem dirigatur diffidatio, ut quando minatur aliquis incendium, dato etiam quòd uni minetur de univerſitate, aut in unius inimici ſui ædibus ſignum inflammationis appendat. Nam tales minæ pertinent ad totam Communitatem, cui incendium unius domus nocere poteſt, ut quod proxima quæque ſoleat arripere, ſicut veriſſimè dicitur, Tunc tua res agitur paries cum proximus ardet. Cùm igitur talibus minis vel ſignis turbetur, atque ideò violetur pax publica Communitatis, & conterreantur vicini, ſic ut cogantur omnes vigilias agere, in metu eſſe, domo ſe continere, nec egredi ad culturam, & alia negocia poſſint, ſed domus ſuas ſinguli, aut plerique defendere compellantur; iſto caſu exiſtimo eiusmodi pro diffidationibus & hoſtilibus habenda, ſive ſpeciatim incendii fit mentio, vel ſigno appoſito illud denuncietur, ſive generatim hoſtilia alicui ſi-

Digitized by Google

gnificentur, als wann man einem abſaget / oder Feindtſchafft zuſchreibet / oder entbieten laſſet. Quod diſcrimen etiam diligenter expendenti Ordinationes Imperii hâc de re factæ, dilucidius, ut opinor, conſtabit. Hactenus Weſembec. dicto loco, cui adſtipulatur Berlich. *d. concluſione 22. num. 3. & Arumæus in diſcurſ. ad Aur. Bull. Caroli IV. cap. 17. theſ. 17.* Verba Berlichii eâdem de ſententiâ dicto loco hæc ſunt: Ad cognoſcendũ, quæ verba & literæ pro diffidationibus, & quæ pro minitationibus haberi debeant, pro regulâ concludendum erit, quòd omnia illa verba, quæ privatum aliquem concernunt, pro nudis minis tantùm habeantur; Diffidationes verò ſint, quæ in publicum ſonant, & non ad unum aliquem pertinent, ſed totum populum, vel Univerſitatem concernunt.

7. Et paulò poſt *n. 5. 6. & 7.* pro minitationibus, ait, nudis haberi debent illa verba: Ich will mich an dir

dir rechen/ ich will mit dir zuthun haben; Ich will dirs gedencken. Ego ſimiliter verba iſthæc pro nudis reputo minitationibus, at non hâc ratione, quòd privatum aliquẽ concernunt, ſed quòd in bonam partem accipi poſſunt, de juſtâ ſc. vindictâ, quæ fit mediante juſtitiâ & judicio, proindeque in meliorem ſenſum illum in dubio trahi debent, per *l. proximè 3. §. ſed in re dubiâ, ff. de his quæ in teſtam. delentur, c. eſtote. Extr. de Reg. Jur. in 6.* Idque ſentit etiam Joachim. à Beuſt *in l. admonendi 31. ff. de jureiur. num. 1179. verſ. ſi verò verba literarum eſſent dubia* Decian. *reſp. 4. num. 34. vol. 3. & poſt* alios, quos refert Anton. Hering, *tract. de fidejuſſorib. cap. 5. Quæ perſonæ fidejuſſores dare cogantur, num. 188. & ſeqq.*

Sunt quoque nonnulla verba, 8.
quę licet non in bonam accipi poſſint partem, pro diffidatoriis tamẽ habenda non ſunt, ut ſi dicat aut ſcribat quis? Ich will ein Kugel mit

dir wechßlen / ich will dich durchſchieſ-ſen. Huiuſmodi enim verba ſola non importare diffidationem hoſtilem, evincitur ex diffidationis definitione ſuprà cap. 1. propoſitâ, quæ indicat animo hoſtili diffidationem fieri non modò ad mortem, ſed generaliter ad quamvis calamitatem, putà ad incendia, ad ſpolia, ad rapinam, &c.

8. Quòd ſi igitur verbis illis addatur, Vnd dich mit Fewer / Raub / vnd anders als dein abgeſagter Feindt verfolgen / diffidatio erit dicenda: alioqui verba iſthæc ſolam minitationem important, ut & hæc verba, Jch will dir einen rothen Hanen auff daß Hauß ſetzen: vnd dich ſonſten mit Mordt vnd Rauben / als dein abgeſagter Feindt verfolgen / ut ſentiunt ICti Saxones teſtante Berlichio *d. concl. 22. num. 20. & 21. verſ. tùm quia ita Lipſenſes.*

10. Weſembecius quidem & Arumæus dictis locis ideò iſthæc verba, Jch will ein Kugel mit dir wechß-len /

ſen / ich will dich durchſchieſſen / pro diffidatoriis non eſſe habenda putant, quòd nõ ſonent in publicum, nec toti Communitati inde hoſtilia expectanda ſint, ſed privatum tantùm aliquem concernant. Verùm oſtendi ſuprâ ex Caroli IV. & Caroli V. Sanctionibus, diffidationes fieri non ſolùm Communitati, ſed & privatis perſonis, alibi, quàm in oppido quodam vel pago inter cives habitantibus. Id quod disertè cavetur etiam in *Receſſu Imperii Auguſtano de Anno* 1555. §. als ſich dann auch zu viel mahln / ibi, Etwa ſondern Perſonen / etwa gantzen Communen und Gemeindten Abklag / oder Abſagen zuſchicken / oder an die Thor der Flecken / vñ Häuſer anſchlagen. Arguit & oſtendit idem *Receſſus Imperii de Anno* 1595. *Rubr.* Fridebott / ibi, Dörffer / Höff / &c. In eandem accedunt ſententiam Ingolſtadienſes *conſ.* 24. *num.* 73. *ſub tom.* 5. *Conſiliorum Germanor.* conſonat Erneſt. Cothman. *reſp.* 2. *num.* 89. *lib. ſingul. Reſp. Acad.*

Diffe-

Digitized by Google

11. Differentia quidem conſtituenda eſt inter diffidationes, & nudas minas ſive minitationes, ſed non ex eo, quòd diffidationes totam quandam Communitatem concernant; Minitationes verò ad privatos quoſdam pertineant. Nam ut ſuprâ docui, diffidationes etiam in privatis, non conjunctim in oppidis vel pagis, ſed alibi, putà in caſtris aut villis ſuis habitantibus, **die vff jhren Schlöſſern / oder Mayerhöfen wohnen**/expediri poſſunt, ſi quis hoſtilia eis minetur, **daß er ſie mit Raub / Brandt / Mordt befehden wolle.**

12. Nec impedit hanc ſententiam text. in *Ordin. Crim. Caroli V. art.* 128 his verbis: **daß muttwillige Perſonen. die Leutt wider Recht vnnd Billigkeit bedrauwen.** Item his verbis: **die mehrmahln die Leut durch ſolche drohe vnd forcht wider Billigkeit dringen/ auch an Gleich vnnd Recht ſich nicht laſſen benügen.** Diction. **Die Leutt** non eſt eò loci collectiva, ut ſiginificet

ficet hominum multitudinem, & univerſum quendam populum, ſed eâ voce continentur etiam ſinguli homines, cùm diſpoſitio illa ſit de debitoribus, quos ſcelerati creditores ſpreto judicis officio diris ſuis minis eò adigere conantur, ut præſtent debitum, quod judicii vigore poſcere deberent.

Minacibus quoque verbis non diffidationibus adjungenda ſunt 14.
etiam hæc verba, quibus aliquis calore iracundiæ, ut ex ebrietate, vel linguæ lubricitate, auß Zorn/ Trunckenheit / oder dergleichen coràm, vel etiam per nuncium aut literas minatur alicui gladium, pugnam, cædem, incendium, jura enim linguæ lubricitati parcunt, *l. unic. C. ſi Imperatori maledixer.* Joachim. à Beuſt *ad d. l. admonendi 31. num. 1179. verſ. ſi autem aliquis calore, ff. de jurejurando, pag. 738.* Weſemb. *ad d. §. item lex Julia de vi, num. 4. verſ. ut ſi quis minetur, Inſtit. de publ. judic.* volunt idem etiam Saxones *dict. quaeſt. 36. part. 4.*

Etſi

14. Etſi verò nudæ alicuius improbi hominis minaces voces pro diffidatione accipi non debeant, ſi tamen minitator ille domicilio ſuo deſerto ad loca ſe conferat ſuſpecta, & infamia, ibique ſe aſſociet iis, à quibus receptatus, ope & auxilio adiuvetur, So er außtretten/ vnd ſich an Endt/ vnd zu ſolchen thun würde/ da muttwillige Beſchädiger enthalben/ vnnd bey ſelbigen Hülff/ Vorſchub/ vnd Beyſtandt finde/ vnd ſein Gemütt alſo im Werck erzeigte/ tunc minitatio illa non pro nudis, & ſimplicibus minis habetur, ſed diffidationi ſimilis cenſetur, & eãdem quę diffidationi propoſita eſt, poenam meretur, quatumvis minitator atroces ſuas minas facto quodam alio executus non ſit. Ob er ſonſt nichts anders mit der That gehandlet hette/ ſondern allein mit ſolcher betröwung vnd beſchehenem boßhafften außtretten tranquillitatem publicam beleidigt/ Peinliche Halßgerichts Ordnung *art. 128.* Reichsabſchiedt

ſchiedt zu Augſpurg *de Anno, 1555. §.* Wir ſetzen / ordtnen / Statuiren / vnnd wöllen auch / ꝛc. *mihi pag.* 95. Berlich. *d. concl. 22. de pœnis minitationum, num.* 17. ubi hanc in ſententiam adducit quoq; Danielem Mollerum in *Commentar. ad Conſtitutiones Elector. Saxon. Conſtit. 15. part 4. num. 1. & ſeq. &* Mathr. Colerum, *deciſ. 232. incip. diffidationes num. 1. & ſeq. part. 1.*

Non eſt hoc loco ignorandum, quòd quidam exiſtimant, Judicis arbitrio relinquendum eſſe, num ſcripta vel ore prolata verba diffidationem vel minitationem indicent, Ita ſentit Arumæus in *d. diſcurſ. ad Auream Bullam Caroli IV. c. 17. theſi. 17. verſ. verùm ego.* Quam in ſententiam abire quoque videtur Joachim à Beuſt *ad d. l. admonendi 31. ff. de Jurejurando. num.* 1179. *verſ. debet autem Judex, pag. 527.* 15.

Atqui non obſcurè ex definitione diffidationis intelligitur, quæ verba Juris authoritate diffidationem arguant, vel nudas obtineant minas,

minas, ut nihil hîc opus ſit judicis arbitrio, cui tantùm locus eſt, quãdo quid lege definitum non eſt, *l. mora 32. ff. de uſur.*

16. Quid verò ſi pro diffidatoriis haberi non poſſint verba alicuius, ſed ea ſolùm minitationem contineant, numquid omninò dimittendus eſt minator ille? Nihil certè minus, ſed in carcere detineri debet, donec ſufficientem præſtet cautionem de non offendendo, quodque judicio cauſam controverſam ſubmittere velit Weſemb. in *Complemento Commentariorum Schneidewini Tit. Inſtit. de publ. judic. §. item lex Julia de vi, num. 4. verſ. ſicut & qui minantur, & in paratit. ff. quod met. cauſ. num. 3. verſ. ſed hæc in hoc edicto,* Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. quæſt.* 47. *num. 2. 3. 4. & 5.* Anton. Hering *tract. de fidejuſſorib. cap. 6. num. 243. & ſeqq.* Berlich. *d. concl. 22. de minitationibus, num. 18. 19. & 21. part. 4.* Petr. Frider. Mindan. *lib. 1. de Proceſſib. cap. 25. num. ult.*

Eiuſmodi

Digitized by Google

Eiuſmodi autem cautio cùm facti ſit, proindeque incerta, *l. ubi autem, §. qui id, ff. de verb. oblig.* & intereſſe in eâ ſpectetur *l. ſi poenam 68. ff. d. t. l. ult. ff. ſi quis in jus vocatus non ierit.* Cuius probatio obſcura eſt, *l. interdicto 6. ff. de vi & vi armata.* Idcircò optimum fuerit in huiuſmodi cautione pœnam ſubjicere, *§. ult. Inſt. de verb. obl. l. cum quid. 71. & l. continuus 137. §. poena, ff. d. t.*

Sed an ſolùm mares, non etiam fœminæ minitantes ad cautionem hanc adigi poſſint, quæſtionis eſt? Ad impetrandã hanc cautionem non quilibet ſufficit metus, ſed juſtus requiritur timor, qui in conſtantem cadit virum, cuiuſmodi etiam eſt timor mortis, & corporis cruciatus, *l. 3. §. 1. 6. 7. in princ. ff. quod metus cauſa, l. 4. & l. 7. C. d. t. & l. interpoſitas 13. C. de tranſact.* Andr. Gail. *lib. 1. obſ. 4.* Maſcard. *de prob. concl. 1370. num. 1. & 2. vol. 3.* A muliere autẽ juſtus metus conſtanti viro non videtur inferri poſ- 18.

D ſe;

ſe, cùm propter ſexus infirmitatem mulieres minus auſuras credamus, *l. quisquis 5. §. ad filias, C. ad leg. Jul. Maieſtat.* Quò facit, quòd jus vindicandi in fœminâ non admodum ſit conſiderandum, ut volunt, quos refert & ſequitur Octavianus Vulpellus *Tractat. ſuo de pace, induciis, & promiſsionibus de non offendendo, quaſt. 14. num. 2.*

19. Sed his nihil refragantibus concludendum eſt, mulierem quoque mortem alicui minantem, tamdiu in carcere detinendam, donec de non offendendo ſufficientem præſtet cautionem; Fœminarũ enim minæ nõ ſemper vanæ ſunt & quędam reperiuntur mulieres, quæ nihil nõ nefandũ tentare ſoleut. Accedit quòd etiã fœminæ publicam turbare pacẽ dicuntnr, ſi nõ per ſe, attamen per alios, quorũ opeâ hoc in negocio utũtur, ut oſtẽdit Andr. Gail *lib. 1. de pace publicâ c. 1. n. 34.* Cõfert quòd etiã reperiuntur quædã fœminę maribus vim inferentes, ut arguit text. *in Ordinat, crimin. Car. V. art.*

art. 144. Et quòd mulier etiam quæ minis ſuis metũ eiuſmodi mari incuſſit, cautionem de non offendendo præſtare teneatur, oſtendit Daniel Moller. *lib. 3. Semeſtr. cap. 29.*

Quod attinet rationes pro negante opinione adductas, procedunt eæ in caſu dubio, ubi non conſtat fœminam juſtum incuſſiſſe mari timorem, qui in conſtantem dat virum, unde Judicis arbitrio ca- 20.
relinquitur, an metus ille dicatur juſtus, nec ne, ut patet ex textu *l. 3. ff. ex quib. cauſ. major.* & volunt Menoch. *lib. 2. de arbitr. jud. quæſt. cent. 2. quæſt. 135.* Andr. Gail. *lib. 1. de pace publica cap 2. num. 5.* Maſcard. *de probat. concl. 1370. num. 3.*

Cautio autem illa de non offendendo, præſtanda eſt fidejuſſoribus, Jul. Clar. *d. lib. 5. ſentent. § fin. quæſt. 47. num. 1.* Farinac. *de variis & diverſ. crimin. quæſt. 107. num. 36.* Coler. *decis. 232. num. 3.* Quidam volunt, quòd vel fidejuſſoribus, vel datis pignoribus cautio hæc præſtari poſſit, Anton. Hering de fide- 21.

juſſoribus. *cap. 6. num. 243.* Petr. Frider. Mindan. *lib. 1. de mandat. Judic. cap. 35. num. 2. in fin.* Berlich *part. 4. concl. pract. concl. 22. de pœnis minitationum, num. 8.*

22. Sed an etiam juratoria cautio hîc admittenda ſit, quæri poteſt? Affirmativa procedit, ſi minitator propter paupertatem fidejuſſores vel pignora habere nequeat, Jul. Clar. *d. quæſt. 47.* Matth. Coler. *d. decis 232. n. 4. part* 1. Farinac. *in practic. crimin. part. 3. quæſt.* 107. *num. 38.* Si tamen hic reus malæ ſit conditionis & famæ, non admittitur ad juratoriam cautionem, Jul. Clar. *d. lib. 5. quæſt. 47. num. 5. vers. & hoc dum modò* Farinac. *d. quæſt.* 107. *num. 41.* Petr. Frider. Mindan. *d. cap. 25. n. 3.* Vbi hanc adferunt rationem, quòd homines malæ vitæ & conditionis quantò ſunt pauperiores, tantò etjam promptiores ad delinquendum, cùm non timeant confiſcationem bonorum, quę non habent. Subjicit quoque dicto loco Friderus,

rus, quòd aliquoties viderit magna incendia, atq; ſcandala huiuſmodi pauperes nebulones, juratoriam cautionem nihil penſi habentes, inſtituiſſe.

Quæritur de eo, qui dives eſt, & immobilia poſſidet, an cautionem fidejuſſoriam de non offendendo præſtare teneatur? Quidam negant, exiſtimantes ſufficere, ſi hic ſub obligatione bonorum ſuorum promittat ſe minas non executurum, nec offenſurum quemquam, ut poſt alios quos ſequitur, tradit Farinac. *d. quæſt.* 107. *num.* 43. *de variis & diverſ. criminib.* & Berlich. *concl.* 22. *de pœnis minitationum, num.* 13. Et hanc ſententiam juſtiorem & æquiorem eſſe credit Vulpellus *in d. tract. de promiſſ. de non offendendo, quæſt.* 76. *num.* 1. *vers. verùm mihi*, Ab hâc tamen opinione alienus eſt Ripa *ad Rubr. ff. de damno infecto, num.* 9. *vers. mihi autem videtur indiſtinctè.* Et hanc doctrinam uſu ſervari ſcribit Jul. Clar. *lib.* 5. *ſentent.* §. *final.* 23.

nal. quaſt. 47. *num.* 5. quam & ego juri conſonam judico. Tùm quia in delictis ampliſſimæ facultates delinquentis hoc ſolùm operantur, ut ipſe criminis reus fidejuſſoribus committatur, cùm alias in carcerem conjiceretur, *l.* 1. *ff. de cuſtod. reor.* Si tamen in dignitate conſtitutus ſit reus locuples, ſuæ promiſſioni propriè committitur, *d. l.* 1 *ff. d. t.* Tùm etiam quia intereſt non mòdò eius, quem minis ſuis gravioribus oneravit minator, ſed & ipſius Reipublicæ, ut quæ etiam læditur cæde quodam in cive commiſsâ, *l. ita vulneratus* 51. *verſ. multa autem Jure Civili, ff. ad leg. Aquil. & l. ſi operis* 14. *C. de pœnis.*

24. De eo etiã quæſtio eſt, an qui minas effudit in aliquem atroces, teneatur ad cautionem præſtandam de nõ offendendo, non ſolũ ipſum principalem petentem, ſed nec eius filios, familiares, affines, aut amicos? Daß er auch deſſelben Kinder/ Haußgenoſſen/ Schwägere vnnd

Freundt=

Freundt nicht belaidigen wolle. Quidam affirmant, aliqui diſtinguunt, ut oſtendit Farinac. *tract. crimin. part.3. quaeſt.107. num.25.* Affirmantium opinionem ſequitur etiam Andr. Gail. *lib.1. de pace publ. c.2. n.2.* & Berlich. *d. concl. 22. num. 14.* eamque veritati conſonam judico, cùm quis etiam ſuorum tutelam & curam adverſus vim ſuſcipere teneatur *l. iſti quidem 8. §. ult. ff. quod met. caus. l. 1. §. item Divus ff. ad leg. Corn. de ſicar. can. non inferenda 23. quaeſt.3. c. dilecto 6. §. & quidem, Tit, de ſentent. excommun. in 6. c. ſicut dignum, §. illi etiam. Extr. de homicid.*

Non obſtat, quòd nemo alii ſtipulari poteſt, niſi poteſtati ſuae eum ſubiectum habeat, §. *alteri ſtipulari 18. vers. planè ſi quis, Inſtit. de inutilib. ſtipul. l. ſtipulatio iſta 38. §. alteri ſtipulari 17. ff. de verb. obl.* Cùm enim inter homines natura agnationem quandam conſtituerit, *l. ut vim, 3. ff. de Juſtit. & Jur.* proindeque liceat alterum quoque, etiam extrane- 25.

 um

um à vi defendere, ut docui in *tract. meo de duello, cap. 10. num. 23. & 24.* Conſequens ei eſt, quòd etiã à minatore cautio hæc de non offendendo quemquam exigi poſſit.

Non ergò hîc opus eſt diſtinctione quorundam, inter petentem, an dubitet ille de amicis ſuis, ne offendantur amore ſui, & ex eâdem causâ, propter quam ipſe dubitat, & eum qui dubitat ex aliâ causâ, quem ex ſe ipſo, & ex propriâ causâ petere cautionem debere aiunt.

26. Controverſum & illud eſt, an minitator cautionẽ de non offendenpræſtare teneatur non ſolùm pro ſe, ſed & etiam pro ſuis amicis, filiis, filiabus & ſimilibus, quod & ipſi ab offenſione illâ abſtinere debeant? Bart. Affirmat in *l. illicitas,* 3. *§. in potentiores, n. 5. vers. ſed numquid debet dare, ff. de offic. Præſid.* affirmat quoque Felin. ad *Rubr. de trenga & pace, num. 10. ſub finem, vers. item quod neq; ipſe,* ut & Farinac. *d. quæſt. 107. n. 26.* & Berlich. *d. concl. 22. n. 15. part. 4.* Con-

Contrarium verò ſentiunt Ripa *ad Rubr. ff. de damno infecto, num. 16. verſ. ego crederem*, Salic. *in l. deounciamus 5. num. 2. C. de his qui ad* Eccleſ. *confug.* & Lader. Inclement. *conſ. 208. num. 2. & ſeqq.* Et horum opinionem Juri propiorem judico, hàc ratione motus, quòd de ſe quisque non de alio promittere quid teneatur, *l. inter ſtipulantem 83. in princ. ff. de verb. oblig. &* §. *ſi quis alium, Inſtit. de inutilib. ſtipulat.* 27.

Si tamen ſpondeat minitator effecturum ſe, ne tertius aliquis offendat petentem, valet iſthæc cautio §. *ſi quis alium, Inſtit. di inutilib. ſtipul. l. ſtipulatio iſta 38. in princ. &* §. 1. *l. inter ſtipulãtem 83. in princ. ff. de verb. oblig.* Valet & illa, quâ promittit minitator pœnam pecuniariam, ſi tertius aliquis petẽntem offenderit, *§. verſa vice, Inſtit. de inutilib. ſtipul. & l. ſi pœnam 68. ff. de verb. oblig.* 28.

Deniq; non caret controverſiâ & illud, quamdiu cautio de non offendendo duret? Sed hanc quæ- 29.

D 5 ſtionem

ſtionem prolixè tractat Farinac. *de variis & divers. crimin. quæſt. 107. part. 1. artic. 5.* ubi Doctorum varias adducit opiniones. Inter illas atuem potior mihi videtur hæc, quòd tamdiu durare debeat cautio ſimpliciter ſine præfixo tempore præſtita, quamdiu inimicitia & cauſa timoris durat, eaq; in re Judicis arbitrio opus ſit, ut ille cognoſcat, an deſierit inimicitia, & timor ille, nec ne, ita ſentit Ripa *ad Rubr. ff. de damno infecto. num. 23.*

30. Quòd ſi cautio hæc facta ſit ſimplicicer, in perpetuum facta cenſetur, per text. *in l. ſufficit 56. ubi* Jaſon, *ff. de condict. indebit.* Tiraquell. *de retract. conventionali*, §. 2. *gl.* 1. *n.* 39. maximè in caſu, quo alicui occiſus fuit filius, aut pater, nam & tunc propter illatam injuriam, cuius oblivionem tempus longum non inducit, Judex perpetuum tempus præfigere poteſt cautioni huic, ut putat Vulpellus *in tract. de promiſſ. de non offendendo, quæſt. 78. num. 2. & 3.*

CAPVT,

CAPUT, V.

De quæſtione inſigni, An Diffidatio iniuſta ſpecies quædam ſit fractæ pacis publicæ?

SUMMARIA.

1. 2. 3. & 4. *Diffidatio iniuſta non videtur fractæ pacis publicæ ſpecies.*
5. 6. 7. & 8. *Sed Diffidationem hanc fractæ pacis publicæ ſpeciem eſſe, dilucidè oſtenditur.*
9. *Diffidationes iniuſtæ ſpeciem referunt belli.*
10 *Diffidatio metum præſentem iniicit diffidato de impetu propediem futuro.*

NEgativæ patrocinari videntur rationes variæ, Et primò conſtitutiones Imperii de pace publicâ, **vom Landtfriden**/ vim requirunt publicam ſive armatam, **der da geſchicht mit gewehrter Hand vnd gewaltiger That/ Reichs Abſchiedt zu Augſpurg**/ *de Anno.* 1548. *in princ. mihi pag.* 42. *facie* 2. *& pag. ſeq. fac.* 1. Cuiusmodi vis eſt quæ fit non ſolùm armatâ manu, ſed & collectis hominibus, ſive cum turbâ, *Ordin. Cam. Imp.* 1.

Imp. part. 2. Tit. 9. §. vnd ob ſich zutrůge / ibi, mit Heeres Krafft / oder ſonſt gewaltiglich vberziehen würde / *l. 2. in princ. & §. homines. ff. vi bonor. rapt. l. 3. cum duab. ll. ſeqq. l. 10.* ibi, convocatis hominibus, *ff. de vi publ.*

2. Atqui diffidatio armatam non infert vim, ſed tantùm incutit diffidato metum de aliquâ futurâ violentiâ, Iſt allein ein bedröwung volgender Thättigkeit vnd Gewalts / ut diffidationi definitio ſuprâ adducta abunde arguit, Fehdts Brieff zuſchreiben / zuſchicken / oder Fehde zuentbieten / iſt nicht mit gewehrter Hand / vnd gewaltiger That angreiffen / Rauben / Brennen. Quocirca diffidatio ſpecies fractæ pacis publicæ haud eſſe videtur.

3. Id quod ſecundò hinc etiam probari exiſtimatur, quod pax publica tunc violata dicitur, quando vis cùm impetu facta probatur, *l. 2.* ubi Zaſius, *ff. quod met. caus.* & patet ex *dicta Ordin. Cam. Imper. part. 2. dict. Tit. 9.* §. vnd ob ſich zutrůge & *d. Receſſu*

Imperii

Imperii de Anno 1548. *in princ.* Qui autem diffidat aliquem, nondum ullum facit impetum in ipſum diffidatum, Diffidatio igitur ſpecies fractæ pacis publicæ haud rectè dici poteſt.

Adhæc, ut pax publica dicatur violata, neceſſe eſt, ut dolo malo id factum eſſe probetur, ut arguit *Receſſ. Imp. Vuormacenſis de Anno 1521. in fin. princ.* ibi, mit gewaltiger That freventlich einnemmen/ oder gefehrlichen mit Brandt/ oder in andere Weg beſchädige/ item ibi, wiſſentlich oder gefahrlich. Ut & *Receſſ. Imperii Auguſtanus de Anno 1548. in princ. pag. 42. facie 2.* ibi, freventlich endtſetzen/ & docet Mynſ. *cent. 3. obs. 98. & cent. 4. obs. 80. vers. & hinc eſt.* Diffidator autem dolo vacuus eſſe videtur, cùm ad apertum Martem debitorem ſuum, debitum præſtare recuſantem provocet: & olim etiam apud Germanos receptum licitumque fuerit, ut lites armis finirentur, Alciat. *cons. 132. vol. 5. Vuehner.* 4.

ner. *libr. pract. obſerv. ſub lit.* B. *in verb.* Befehden/ Fehden / Brandtſchatzen/ Bedrowen/ Aſſeſſor Cameræ Imp. *in voto ſuo num. 9. quod votum eſt 15. part.* I. *Tom. 2.*

5. Sed his argumentis nihil obſtantibus, ſentiendum hic & concludendum, quod & diffidatio injuſta ſpecies quædam ſit fractæ pacis publicæ: Vt enim violatio pacis publicæ armis committitur, ſic & diffidatio committitur armis, non quidem præſentibus, ſed propediem futuris. Et pax publica turbatur non tantùm per vim præſentem, ſed & per molitiones, denunciationes, & hoſtiles conſpirationes, ut quando quis non procul à manibus arma, & convocatam hominum turbam habet, vel ad exequendum facinus quoddam homines armatos conquirit: De potentiâ enim quæ actui propinqua eſt, tanquam de ipſo actu judicamus, Gl. & Bald, *in l. penult. ff. de milit. teſtam.* & violentiæ ſpecies variæ ſunt,

ſunt, de quibus Gloſſ. *in l. 1. C. quod met. caus.* & Gloſſ. *in c. ad audientiam, Extr. d. t.* Ang. *in* §. *ex maleficiis, Inſtit. de act.* Quibus locis violentiarum genera enumerãtur quinque, Alia violentia eſt expulſiva, alia ablativa, alia turbativa, alia compulſiva, alia inquietativa.

Adhæc Conſtitutiones Imperii de pace publicâ ſunt etiam nominatim conceptæ de ipſis diffidationibus, ut planum eſt ex aliquot Imperii Receſſibus ſuprà caput 2. citatis, ubi de injuſtâ diffidatione egi. Patet idem ex *Ordin. Cam. Imp. part. 2. Tit. 14. in fin.* ibi, Für einen Fridtbrecher zuachten. Unde non abſurdè infertur, quòd per diffidationes etiam pax publica violetur, Cùm in dubio textus Legum juxta naturam tituli, ſub quo proponuntur, intelligi debeant, *l. Imperator Severus 16. ff. de in diem addict.* Everhard. *in locis legalib. in loco à Rubro, num. 6. & 11.* & ordo legalis expoſcat, ut ſuo quæque lex titulo reſpondeat, 6.

l. ult.

l. ult. in princ. ff. de condict. indebit. Zaſius *ad Rubr. de vulg. & pupill. ſubſtit. num. 7.*

Quò facit etiam quòd lex non admittit, ut actus, de quibus concepta eſt, ſint fruſtratorii, aut reddantur fruſtranei, *l. non cogendum 45. §. ſi Procuratori, ff. de Procuratorib. & l. hæc ſtipulatio 14. ff. ut legator. nomine caveatur.*

7. Confirmat inſuper eandem concluſionem, quòd de diffidationibus publicati quidã Receſſus ſunt augmentum Conſtitutionis de pace publica, putà *Receſſu de Anno 1521. in princ.* ibi, Mit ettlichen betrachtlichen nottürfftigen Zuſätzen/ vnd weiter Erklärungen/ & *Receſſ. de Anno 1548. in princ. vers.* als weilandt/ ibi, beſſern/ mehren/ vnd erkleren/ & *Receß. de Anno 1555.* §. Wir ſetzen/ ordtnen/ ſtatuiren/ *junctis præcedentibus aliquot §§.* Item Cammer Gerichts Ordtnung *part. 2. Tit. 9. in princ.* ibi, mit ettlichen nottwendigen Zuſätzen vnd Erklärungen erweitert vnd erkleret, Augmentum

tum autem eiuſdem eſt cenſuræ cum eo, cuius eſt augmentum, *l. ſi mancipia 19. ubi Gl. ff. de inſtruct. vel inſtrum. leg. & l. legata inutiliter 19. ff. de legat* 1. Zaſ. *cons. 13. num. 4. & cons. 14. num. 3. & 4. lib. 2.* Sunt ergò & diffidationes fractę pacis publicę ſpecies quædam.

Præterea diffidationes omnis generis conſpirationibus, diſſidiis, bellis, & rapinis variis occaſionem præbent, multiſque modis pacem turbant publicam, ut teſtantur Imperii Conſtitutiones de pace publicâ, quas citavi ſub cap. 2. Sunt ergò fractæ pacis publicæ ſpecies quædam. 8.

Confert quoque huc quòd injuſtæ diffidationes ſpeciem referunt belli, cùm diffidator belli calamitatem minetur diffidato, daß er ſyhne mit Mordt / Brandt / Raub vnd anders als ein abgeſagter Feindt verfolgen wolle. Qui autem abſque Imperatoris authoritate bellum in Orbe Romano excitat, vim com- 9.

mittit publicam, & Maieſtatem lædit, ut evincitur ex *l. 3. §. eâdem lege, ff. ad leg. Jul. Maieſt. l. neminem 17. C. de re milit. lib. 12.* atque ita ex Bartoli authoritate reſpondit Alciat. *d. cons. 132. num. 20. lib. 5.* Proindè ſpecies quædam eſt fractæ pacis publicæ ipſa diffidatio.

Id quod poſtremò textus quoq; *articuli 128. Ordinationis criminalis* diſertè oſtendit his verbis: Als Landsʒwinger/ hoc eſt, tanquam pacis publicæ violatores.

Atq; hanc ſententiam comprobant etiam Petr. Frid. Mindan *lib. 1. de proceſſib. & mandatis, cap. 25.* Berlich. *d. concl. 21. num. 2. part. 4.* & Aſſeſſor Cameralis *d. voto 15. part. 1. Tom. 1.*

10. Nihil impediunt concluſionem hanc opinionis negatæ argumenta ſuperius prolata. Quod enim primum attinet argumentum, refutatio illius patet omninò ex primâ ratione pro aiente adductâ pronunciato.

Alterum

Alterum argumentum eodem poteſt enervari modo. Etſi enim in ipsâ diffidatione præſens non ſit impetus, diffidatio tamen metum præſentem diffidato injicit de impetu propediem ſequuturo, qui non minorem adfert diffidato anxietatem, quàm ille, qui jam præſens eſt, & idem eſt judicium de potentiâ actui propinqua, quod de præſenti, ut antea oſtendi. Quod ipſum etiam arguunt abundè Receſſus Imperii de pace publicâ editi, ut quos de ipſis quoque diffidationibus manifeſtè conceptos videmus.

Tertium argumentum de negato diffidantis dolo malo, inficiatione tolli poteſt: Certum etenim eſt, quòd cum diffidatione conjunctus ſit dolus malus, ſiquidem illicitum qui explicat actum, qualis eſt diffidatio injuſta, eo ipſo in dolo manifeſto cenſetur conſtitutus Andr. Gail. *lib. 1. de pace publ. c. 7. num. 13.* Cùm facta & verba per ſe

 injuſta

Digitized by Google

injuſta animum arguant doloſum, ut quæ notæ ſunt paſſionum, quæ in animo fiunt, per *l. dolum 6. ubi Gl. & Dd C. de dolo malo, l. ſi quis extraneus 21. in princ. ff. de adquir. vel amitt. hered. l. labeo 7. §. ſervius 2. vers. nam vocis, & vers. cæterùm nemo, ff. de ſupellect. leg.* Et dolo facit qui uti non vult Juris viâ, ſed offenſam ſui ipſemet vindicare intendit, *l. manifeſtæ 38. ff. de jurejurand. & l. diffamari 5. C. de ingen. manumiſſ.*

CAPUT, VI.

De pœnâ diffidationis injuſtæ.

SUMMARIA.

1. & 2. *Pœna diffidationis iniuſtæ aut eſt gladii, aut Imperiale bannum, aut pecuniaria multa cum amiſſione privilegiorum.*

3. 4. & 5. *Quænam pœna infligenda ſit literarum diffidatoriarum ſcriptori.*

6. & 7. *Quâ pœnâ dignus ſit ille, qui iuſſu diffidatoris ſigna hoſtilia tantùm affixerit?*

8. *Quæſtio. Si ſcriptor literarum diffidatoriarum pœnitentiâ ductus repetat literas illas, antequam*

Digitized by Google

tequam damnum aliquod inde ſequutum fuerit: an ordinariæ diffidationis pœnæ ſubiici poſſit?

9. & 10. Lex ob conatum criminis imponens pœnam de extraordinariâ intelligenda eſt.

11. L. qui eâ mente 65. ff. de furt. loquitur de crimine iam conſummato.

12. Quæſtio. Vtrùm is qui diffidatoria ſigna iam adpenſa repetiit, & diffidationi renunciavit, pœnâ fractæ pacis publicæ afficiendus ſit?

13. 14. 15. 16. Diſſoluuntur argumenta Berlichii quibus defenſare nititur negativam prepoſitæ quæſtionis.

17. Bannum & pœna pecuniaria cum amiſſione privilegiorum infligitur vel à Iudicio Cæſareæ Maieſtatis, Vom Reichs Hoffrhat/ vel à Camerâ Imperiali.

18. Recenſentur præiudicia Cameralia decretorum in cauſis diffidationum ſuper fractâ pace publica proceſſuum.

19. Pœna diffidationis pecuniaria quæ ſit.

20. Pœna iſthæc ex Conſtitutione Caroli V. videtur eſſe 2000. marcarum auri puri.

22. In pœnas diffidationis incidunt quoque diffidatorum conſultores, auxiliatores, & hoſpitio ipſos recipientes.

23. Diffidator tenetur quoque offenſo ad omne damnum reſarciendum, quod per diffidationem perpeſſus eſt.

Digitized by Google

24. 25. & 26. *Quæſtio. Numquid mortuo ante litis conteſtationem diffidatore, Inſtantia quoad reſarcienda damna, & pœnam pecuniariam ſoluendam tranſeat ad heredes.*

27. & 28. *Refellitur Gailii de hâc quæſtione concluſ. affirmativa.*

29. *Quæſtio Si Accuſator pendente adhuc diffidationis lite moriatur, Num ipſius heredes ex eâdem inſtantiâ ad banni pœnam agere poſſint?*

30. *Banni Pœna Conſtitutionib. Imperii in fractores pacis publicæ definita, in extraordinariam quandoque convertitur pœnam.*

31. & 32. *Cauſæ moderandi pœnam diffidationis ordinariam quæ ſint.*

33. *Pœna amiſſionis privilegiorum implicite cum banni pœna coniuncta eſt.*

1. POENA diffidationis injuſtæ ex quibuſdam Imperii Conſtitutionibus eſt gladii pœna, ex quibusdam Imperiale bannum, tùm etiam pecuniaria pœna 200. marcarum auri puri, Itemque amiſſio privilegiorum, de ſingulis ſingulatim agendum.

2. Caroli V. ordinatio criminalis diffidatores perſequitur ultore ferro, Peinliche Halß-Gerichts Ordtnung/

nung/ *artic. 128. & ſeq. art. 129.* ut & Regis Ferdinandi Conſtitutio *de Anno* 1555. §. Wir ſetzen / ordnen ſtatuiren/vnd wöllen auch/ ibi, ſollen mit dem Schwerdt/ als Landtzwinger von dem Leben zum Todt gerichtet werden.

Et hanc pœnam diffidatoribus Jure propoſitam eſſe ſcribit quoq; Petr. Heig. *quæſt. 32. num. 8. part. 2.* ut & Petr. Frider. Mindan. *lib.* 1. *de proceſſ. & mandat. cap. 25. num. 4. vers. quin & publicis*, & Joachim. à Beuſt, *ad l. admonendi* 31. *num. 1179. ff. de jurejurand. vers. ſecundò fallit iſta doctrina.*

Hæc diffidatorum pœna infligenda quoque literarum diffidatoriarum ſcriptoribus, Reichs Abſchiedt zu Regenſpurg *de Anno* 1594. §. dergleichen / vnnd dieweil an ettlichen orten. Petr. Heig. *d. quæſt. 32. num. 10. & num. 55.* Petr. Frider. Mindan. *d. cap. 25. n. 4. & 5.* Weſemb. *in paratit. ff. Tit. ad leg. Corn. de ſicar. num. 16.* Berl. *part. 4. concl. pract. concl. 21. n. 13.* 3.

Si tamen ætas ſcribentis diffidatorias literas mitiorem ſuadeat pœnam, ab ordinariâ illâ pœnâ reus liber eſſe debet, per *l. auxilium 37. §. 1. vers. in delictis, ff. de minorib, & l. aut facta 16. §. perſona, vers. in eius rei, ff. de pœnis.*

4 Elector quoq; Saxoniæ in Conſtitutionibus ſuis Novellis *part. 4. conſt. 14. in prin.* & Scabini Lipſenſes, ac reliqui ICti Saxonici volunt, ut nudus diffidatoriarum literarum ſcriptor non gladii puniatur, pœnâ ut cernere licet *ſub part. 4. var. Juris controverſ. quæſtionum, Moguntiæ Anno 1600. excuſarum, quæſt. 35. & part. 4. quæſtionum Juris, juſſu Auguſti Electoris Saxoniæ per ICtos Saxonicos collectarum quæſt. 5.*

5. Huius ſententiæ ratio eſt, quod auxiliũ præſtans delinquenti non eâdem plecti pœnâ debeat, quâ is qui deliquit, Salic. *in l. unic. n. 24. C. de rapt. virg.* Si tamen ſcriptor earum literarum opem cooperativam præſtiterit diffidatori, putà

putâ ſi literas illas etiam affixerit, aut quid ſimile fecerit, ordinariâ illâ gladii pœnâ punitur, ut Elector Saxoniæ & ICti Saxones dictis locis ſtatuunt.

Quid verò, ſi aliquis juſſu diffidatoris hoſtilia & diffidatoria ſigna, die Brandtzeichen / ut ſunt ſcopæ, tiționes, & ſimilia tantùm affixerit, vel adpenderit, quânam pœnâ ille afficietur? Quidam ex ICtis Saxonicis putarunt, non gladio hos puniendos, ſed virgis cędendos, & relegãdos eſſe. Verùm quia per eiusmodi ſignorũ adpoſitionem & ſuſpenſionem diffidatis non exiguus injicitur metus, & ita publica pax turbatur, & violatur, vicini conterrentur, interdiu noctuque vigilias agere coguntur, domi ſe continere jubentur, nec egredi ad agrorum culturam, aliaque negocia poſſunt, ſed domus ſuas cuſtodire tenentur, Weſemb. *in complemento commentariorum Schneidewini ad §. item lex Julia de vi, num. 4. Inſtit. de publ. judic.* Cenſuerunt plerique hos 6.

E 5 etiam

etiam ordinariâ gladii pœnâ pleċtendos eſſe, ut patet ex *allegatâ quæſtione 35.* Et hanc ſententiam Elector Auguſtus comprobavit, ut teſtatur Daniel Moller. *ad conſtit. Novellam* 14. *part.* 4. Joachim. à Beuſt *ad d. l. admonendi 31. num. 1179 vers. ſi autem ſcriba, ff. de Jurejurando.* Et hanc definitionē Ordinationi criminali Caroli V. *art.* 128. conſentaneam eſſe dubium eſt nullum: quippe cùm cauſa finalis Conſtitutionis illius hanc omninò exigat ſententiam, quæ cauſa eſt, ut per eam gladii pœnam periculoſæ illæ diffidationes tollantur, & timor ille ab hominibus depellatur. Berlich. *d. part.* 4. *concl. pract. concl.* 21.

8. In quæſtionem vocatur & illud ſi ſcriptor literarum diffidatoriarū pœnitentiâ ductus, literas illas repetat, antequam damnum aliquod inde ſequutum fuerit, An ordinariæ diffidationis pœnæ locus ſit, vel mitior ipſi imponi debeat pœna? Ordinariam pœnam ſuadere videtur

videtur text. *in l. quisq. 5. in prin. C. ad L. Jul. Maieſt.* At leviorem imponendam hîc eſſe pœnam verius eſt. In criminibus enim etiam atrociſſimis non conſummatis, pœnitentia efficit, ut levior pœna in delinquentem convertatur, *l. qui falſam 19. ff. ad leg. Corn. de falſ. & l. 1. in princ. & §. qui puero, ff. de extraord. crim.* & ſentiunt ita Doctores, quos magno numero citat Farinac. *Tit. 14. de homicidio n. 37. ſub part. 5. operum criminal.* & comprobat hanc benigniorem opinionem in diffidationis crimine Elector Saxoniæ *part. 4. conſtit. 16.* & ſcribit Daniel Moller. ibidem.

Non imminuit concluſionem hanc text. *in d. l. quisq. 5. in princ. C. ad L. Jul. Maieſt.* ubi eadem pœna ordinaria decerni jubetur in reum Maieſtatis, qui ſaltem conatus fuit Maieſtatem lædere, ſed ab ipſo facinore planè abſtinuit. Quando enim in lege puniente nominatim eadem pœna reo imponitur ob 9.

ſolum

ſolum conatum, tunc extraordinaria levior pœna locum non habet, ſed ipsâ legis pœnâ ordinariâ reus puniendus eſt, ut in crimine læſæ Maieſtatis, *d.l.5.C. ad leg. Jul. Maieſt.* Item in crimine raptus, *l.5. ubi Gl.* & communiter Dd. *C. de Epiſcop. & Cler.* In crimine parricidii *l.1. in fin. ff. de leg. Pomp. de parricid.* In crimine aſſaſſinatus, *c.1.* §. *ult. tit. de homicid. in 6.* In crimine item Simoniæ, *can. qui ſtudet caus 1. quæſt. 1.* & ibi Gl. *in verb.* à communione, *& can. nullus Epiſcopus, ead. caus. & quæſt.*

10. De his exceptis criminibus ſentiunt ita Doctores quos citat & ſequitur prolixè Farinac. *d. Tit.* 14. *num. 37.* Cum verò ipſa lex criminalis jubet quidem ſimpliciter ob conatum etiam coercere delinquentem, licet effectus non ſit ſequutus, tunc ſequimur quidem legis juſſum, ſed quoad pœnam extraordinariam, ut tradunt Doctores quos adducit Farinac. *d. Tit.* 14. *num.* 40.

Non

Non obſtat *text. in l. qui eâ mente 65. ff. de furt.* Vbi ICtus Vlpianus qui, ait, eâ mente alienum quid contrectavit, ut lucrifaceret, tametſi mutato conſilio id domino poſtea reddiderit, fur eſt; Textus enim ille eſt de conſummato delicto, non attentato, ſiquidem ſolâ contrectatione fraudulentâ furtũ committatur, *l. 1. §. ult. ff. de furt. & §. 1. Inſt. de oblig. ex delicto.* 11.

Cæterùm quæſtionis eſt admodum controverſæ: An is, qui hoſtilia & diffidatoria quidem ſigna appendit, ſed illa, pœnitentiâ ductus poſtea repetiit, & diffidationi renunciavit, pœnâ fractæ pacis publicæ ordinariâ afficiendus ſit? Negativa placet Berlichio, *part. 4. conclus. pract. concl. 23. num. 9.* Affirmativa arridet Weſembec. *ad d. §. Item lex Julia de vi num. 4. vers. niſi ante conſummatum, Inſtit. de publ. jud.* Mihi verius videtur aiens Weſembec. pronunciatum, ipſa enim ſignorum hoſtilium & diffidatoriorũ ad poſitione 12.

poſitione abſoluitur diffidationis crimen, & conſummatur, cùm per eam confeſtim terror injiciatur, & ſumptus in vigiliis ac defenſionum præparatione fiant.

13. Non defenſant Berlichii opinionem quatuor illa, quibus ipſe nititur argumenta: Nam Primum de communi Doctorum ſententiâ mitius puniendum eſſe, qui verè pœnitentiâ ductus, non perfecit delictum, nihil hîc operatur, quando enim ipſa diffidatoria ſigna jam adpoſita ſunt, perfectum eſt, & conſummatum diffidationis crimen, Pœnitentia autẽ delinquentis non tollit conſummatum delictum, *d. l. 65. ff. de furt. & l. pen. ff. vi bonor. rapt.*

14. Alterum argumentum Berlichii quod eſt, Negantem opinionem æquiorem eſſe, retunditur meritò inficiatione, cùm enim Imperii cõſtitutiones conſummato diffidationis crimini ordinariam gladii pœnam definiant, & ipsâ ſignorum diffi-

diffidatoriorum adpoſitione perficiatur & conſummetur diffidatio, æquum non eſt, ut poſt adpoſitionem illorum ſignorum diffidator pœnitentiâ ſuâ immunis fiat à pœnâ diffidationis ordinariâ, cùm judex non poſſit remittere, aut mutare, vel minuere legis pœnã *l. 1. §. 1. in fin. ff. ad S C. Turpill. c. de cauſis ubi Dd. Extr. de offic. & poteſt. Jud. de leg. c. licet. & ibi Gl. in verb.* pœnam pecuniariam. *Tit. de pœn.* Nec debeat Judex eſſe clementior ipsâ lege, *Novell. 82. de Iudic. cap. 10. oportet autem.*

Tertium Berlichii Argumentum, quod gravius puniatur, qui per literas diffidatorias minatur, quàm qui ſigna hoſtilia affigit, ſiquidem ille citrà omne dubium gladio puniatur, de huius verò pœnâ dubitatum fuerit in Saxoniâ, Tertium, inquam, argumentum hoc æquè nihil ſtringit, cùm *ordinatione Carolinâ d. art. 128. vers.* Deßgleichen ſoll es auch / *& art. seq.* pari pœnâ 15.

pœnâ gladii affici jubeantur, qui literis, & qui ſignis hoſtilib. aliquem diffidant, ut ipſemet etiam Berlich. agnoſcit, *d. concl. 21. num. 20.* Vndè quorundam ICtorum Saxonicorum hæſitatio de pœnâ eorum, qui ſignis hoſtilibus quempiam diffidant, non probat leviorem eſſe diffidationem, quæ ſignis fit, quàm quæ tantùm expeditur literis.

16. Quartum & ultimum Berlichii argumentum ex *Novell. Saxon. conſtit. 16 part. 4.* depromptum, quòd ſc. ordinariam non mereatur gladii pœnam diffidator ille, qui facti pœnitentiâ ductus, ſigna illa diffidatoria repetiit, Nihil auxilii ipſius opinioni adjungit, Ea enim Novell. Conſtit. non eſt de eo diffidatore, qui appendit diffidatoria ſigna, & per pœnitentiam ea poſtmodùm repetiit, ſed de illo diffidatore, quem propoſiti ſui de affigendis ſignis illis hoſtilibus pœnituit, antequam ea affixit, atque ita

ante

ante conſummatum delictum, ut ſentit Weſemb. *ad d. §. item lex Jul. de vi n. 4. vers. niſi ante conſummatum. Inſtitut. de publ. jud.* Non tamen reſpuendam judico Berlichii opinionem eo caſu, quo ſigna diffidatoria affixa confeſtim refixit, & abſtulit diffidator, antequam ea in aliorũ notitiam pervenerint, cùm hîc ceſſet ratio pro ſententiâ Weſembecii adducta.

Et tantum de diffidationis pœnâ gladii, quam ordinarius loci Judex in diffidatorem convertit. Sequitur nunc de ipſo Imperii banno (Reichs Acht.) & pecuniariâ pœnâ ducentarum Marcarum puri auri (200. Marck feines Goldts) ac privilegiorum amiſſione, cuiusmodi pœnæ ſolùm in judicio Cæſareæ Maieſtatis (Reichs Hoff Rath) vel Cameræ Imperialis (Kammer Gericht zu Speyer.) in diffidatorem decernuntur, ut infra cap. ſeq. oſtendam. Has pœnas Imperii Sanctionibus conſtitutas eſſe in Pacis pu- 17.

F blicæ

Digitized by Google

blicæ fractores, & perindè etiam in diffidatores, oſtendit diſertè *Receſſus Imperii Vuormacienſis de Anno, 1495.* Tit. Wie der Landtfriden zuhalten/ gebotten vnd verpöenet iſt / *& de Anno, 1521.* Tit. Die Poen aller Fridtbrecher/ *& Tit. ſeq.*

18. Et quòd has in pœnas declarari debeant fractores pacis publicæ, jubent quoque aliquot ſequentes Imperii Receſſus *de Anno, 1500. de Anno, 1512. & de Anno, 1548.* Meminit quoque harum pœnarum Gail *lib.* 1. *de pace publ. cap. 20. num. 17. & 19.* Cùm autem diffidatio injuſta ſpecies quædam ſit fractæ pacis publ. ut docui cap. præcedenti, V. Et Imperii Conſtitutiones ubi de violatâ pace publicâ agunt, etiam de prohibitâ hâc diffidatione conjunctim tractent, nec ab illis fractæ pacis publicæ pœnis ſeparent diffidationem, patet indè, quòd etiam banni, aliæque illæ pœnæ diffidationi (injuſtæ) ſint propoſitæ, cùm quod de genere dicitur univerſo, etiam

Digitized by Google

etiam de quâlibet ſpecie eiusdem generis dici intelligatur. Præjudicia quoque Cameræ Imperialis teſtantur, quòd etiam in cauſis diffidationum Von Befehden vnd abſagen proceſſus ſuper fractâ pace in Camerâ decreti fuerint, ut in causâ Harttleben/ contra Randauw/ & conſorten / & in causâ Simonis à Staaden/contra Abbatem à Roſenberg / ut & in causâ deß Thumb Capituls zu Münſter / contra Kettenberg decreta citatio & Mandatum de non offendendo auff den Landtfriden / ut refert collector præjudiciorum Cameralium in verb. Pax Publica, Landtfridt/ *vers. & ſi dubitari poßit*, ut & Frider. *lib.* 1. *de proceſs cap.* 25. *num.* 14.

Quod attinet pœnam illam pecuniariam, eſt ea (ut dixi) ducentarum Marcarum auri puri, ut arguit *Receſſus Imperii de Anno*, 1495, *& de Anno*, 1521. & ſcribit Mynſ. *cent.* 5. *obſ.* 78. *n.* 2. & Frider. *lib.* 1. *de proceß. cap.* 26. *num.* 6. 91

20, Ex Caroli V. Conſtitutione Tit. **Wie der Landtfriede zuhalten gebotten vnnd verpöenet** / dicendum videtur; quòd pœna illa aucta ſit, ut hodie ſit duorum millium marcarum auri puri (**Zwey Tauſent Marck feines Goldts**) per *Receſſum Imperii de Anno* 1548. & hanc pœnam in fractores pacis publicæ definitam eſſe exiſtimat quoque Gail *lib. 1. de pace publ. cap. 20. num.* 17. & 19. & Schvvanman. *libr.* 1. *de proceſſ. cap.* 14. *num.* 20. Tùm etiam commentator quidam ad *Ordin. Cam. Imp. Tit.* 9. §. 2. *vers.* **ſampt andern Pöenen.** Verùm Conſtitutio illa Carolina non eſt de pœnâ frangentium pacem publicam, ſed de pœnâ Statuum Imperii, qui ſe in conſervandá pace publicâ negligentes præbent, **die nicht mit ernſt vnd treuwem fleiß vber dem Landtfriden halten,** Et quãvis pœna 200. marcarum auri puri levis videatur, attamen hîc meminiſſe oportet, quòd præter pœnam hanc, etiam Imperii bannum, **die Reichs**

Reichs Acht/ in fractores pacis publicæ decernatur, aliæque pœnæ ipſis infligantur. Eſt autem liberum actori, vel ad utramque pœnam ſimul agere, vel ad alterutrã ſolùm, Cammer Gerichts Ordnung *part.* 2. *d. Tit.* 9. §. Wir wöllen auch/ Mynſing. *cent.* 4. *obs.* 34. & *cent.* 5. *obſerv.* 78. *num.* 3. & 4.

Pœna autem iſthæc pecuniaria (200. marcarum auri puri) cedit partim Fiſco, partim læſæ parti (actori) ut arguunt *Receſſus Imperii de Anno*, 1495. & *Anno*, 1521. & ſcribit Andr. Gail, *lib.* 1. *de pace publ. c.* 15. *num.* 23. 21.

Incidunt quoque has in pœnas ut principales pacis publicę fractores ſive violatores, ſic & eorum conſultores, auxiliatores, hoſpitio ipſos recipientes, (die jhnen Vnterſchlauff geben) Reichs Abſchiedt *de Anno* 1500. Tit. Vom auffgerichten Landtfriden/ & *Tit.* Ob jemandt den Fridtbrechern heimlicher Zuſchub verdacht were/ & Reichs Abſchidt *de Anno*, 1521. 22.

no, 1521. *Tit.* die Pöen aller Fridbrecher/ Item Reichs Abſchidt *de Anno*, 1522. *Tit.* Wann die Thäter/ Erklärt Aechter/ jhre Helffer / oder wiſſentlich enthalter. Et Reichs Abſchidt *de Anno*, 1548. *Tit.* Vom auffgerichten Landtfriden.

23. Cæterùm non ſolùm hæ pœnæ in fractores pacis publicæ, quales etiam ſunt diffidatores, convertuntur, ſed ipſe violator ſive diffidator tenetur quoque offenſo ad omne damnum reſarciendum, quod per diffidationem perpeſſus eſt offenſus vel diffidatus, ut oſtendit Reichs Abſchiedt *de Anno*, 1548. *Tit.* daß am Cammer Gericht nicht allein auff die Pöen / ſondern auch vmb zugefügte Schäden vnd Endtſetzung principaliter möge geklagt werden. Patet idem ex *Ordin. Camer. d. part.* 2. *Tit.* 9. §. Wir wollen auch. Et poſſunt ad imponendas has pœnas remedia diverſa pro illis comparata uno eodemque in libello in Camerâ Imperiali, cumulari Cammer Gerichts

Ordt=

Digitized by Google

Ordnung *d. part.* 2. *Tit.* 9. §. Wir wöllen auch Andr. Gail. *lib.* 1. *de pace publ. cap.* 6. *num.* 7.

Quòd ſi autem connexim pœna iſthæc petita ſit, & pœna banni, & damnorum atque expenſarum reſtitutio, reus verò ante litem conteſtatam moriatur, heredes quidem ad banni pœnam non tenentur, proindeque Juri ſtare non coguntur, cùm pœnales actiones ante litis conteſtationem ad heredes non tranſeant, §. *non autem, verſic. eſt enim, Inſtit. de perpet. & tempor. act. & l. pupillum* 111. §. *in heredem* ubi Dd. *ff. de Reg. Jur.* Proindè ad inſtantiam accuſatoris non ſolent citationes ad reaſſumendam cauſam decerni contra defuncti rei heredes, Mynſing. *cent.* 1. *obs.* 98. 24.

Quantum verò attinet damnorum & expenſarum petitionem, trãſit actio in defuncti ſucceſſores, Reichs Abſchiedt zu Augſpurg *de Anno*, 1548. *Tit.* daß die Inſtantz d' Landfriedt brüchigen beſchädigung vnd ent- 25.

ſetzung auff deß beklagten Erben fallen ſolle. Mynſing. *cent 1. d. obs. 98. cent. 4. obs. 35. & cent. 5. ob. 78. num. 5. & 6.* Andr. Gail *lib. 1. de pace publ. c. 11. n. 17.*

26. Quid verò dicendum, ſi reus ante litem conteſtatam mortuus ſit, numquid Inſtantia ad ejus heredes tranſit, quo ad pecuniariam illam 200. marcarum pœnam? Andr. Gail affirmat *d. obſerv. 20. num. 20.* affirmat inquã hâc ex causâ, quòd pœna hæc ipſo jure imponatur, proindeque heredem etiam afficiat, per text. *in l. commiſſa 14. ff de publican. & vectigal. l. 1. §. an bona, & l. Imperator 42. ubi Gl. ff. de Jur. Fiſci, Gl. in l. 3. §. quod autem, in verbo* heredi, *ff. quod quisq. Juris in alium*, quodque agatur non ad imponendam, ſed à Jure impoſitam pœnam exigendam, quo caſu pœna ad heredem tranſeat, etiamſi nihil ad eum pervenerit, Vasq. *lib. 3. controvers. illuſtr. cap. 96. num. 22.*

Verùm huius concluſionis Gailianæ patrocinium ſuſcipere non auderem

Digitized by Google

auderem, Tùm quia Imperialis Re- 27.
ceſſus proximè citatus nihil agit de pœnâ pecuniariâ ſed tantùm de damni & expenſarum reſtitutione, quòd ſc. ea ad defuncti rei ſucceſſores tranſeat; Tùm etiam quia certiſſima Juris regula eſt, quòd ex maleficiis pœnales actiones in heredem rei non competant, *d. §. non autem, vers. eſt enim certiſſima, Inſtit. de perpet. & tempor. action. & d. l. 111. §. in heredem ff. de Reg. jur.*

Non auxiliatur Gailii ſententiæ, quòd pœna illa pecuniaria ducentarũ marcarum puri auri ipſo Jure 28.
fractori pacis publicæ imponatur. Nam criminis pœna omnis authoritate legis & ipſo jure imponitur, non tamen heredem afficit, ut jam oſtenſum eſt, Et quod attinet jura à Gailio citata, intelligenda ea ſunt de legis pœna, quæ non perſonam delinquentis, ſed eius bona afficit, proindè meritò ad heredes, in bona defuncti rei ſuccedentes tranſit, ut ad quemvis aliũ poſſeſſorem, *d. l. commiſſa 14. ff. de publ. & vectigal.*

Digitized by Google

29. Quòd ſi accuſator moriatur pendente diffidationis lite, heredes illius, ſi eâdem ex inſtantiâ quam defunctus accuſator inſtituit, agere velint ad banni pœnam, non audiuntur, cùm perempta ſit inſtantia morte accuſatoris, ſi verò novam accuſationem inchoare velint, ut quilibet de populo, non prohibentur. Cùm enim publicum ſit fractæ pacis judicium, executio eius cuilibet ex populo permittitur, §. 1. *Inſtit. de publ. jud. & l. 1. ff. eod. tit.* etiam factâ prius abolitione, *l. ſi quis repellere 7. ff. ad SCtum Turpill. & can. probibentur, § ab alio, cauſ. 2. quæſt.* 1. Andr. Gail *lib.* 1. *de pace publ. c.* 20. *num.* 28.

30. Quàmvis autem banni pœna Conſtitutionibus Imperii definita ſit in fractores pacis publicę, & proindè etiam in diffidatores, interdũ tamen ex circumſtantiis converti ea poteſt in extraordinariam pœnam, puto pecuniariam, vel aliam Juris communis pœnam, Reichs Abſchidt

Abſchidt zu Augſpurg *de Anno*, 1548. von deß Heiligen Reichs Landtfriden/ Tit. Vom Gewalt deß Cammer Gerichts/ Andr. Gail *libr.* 1. *de pace publ. cap.* 14. *num.* 12. Mynſing. *cent.* 2. *obs.* 30. Et pecuniaria illa pœna ducentarum marcarũ auri puri plerumq; ſola imponitur, quando Vniverſitas quædam pacem violavit publicã, Andr. Gail *lib.* 2. *de pace publ. cap.* 9. *n.* 17. *& ſeqq.* Si quoq; dolus in causâ pacis publ. nõ probetur manifeſtè, ſed tantùm per circumſtantias, tũc banni pœna non infligitur, ſed arbitrio prudentis Judicis moderata, commutatur in pecuniariã pœnã. Ita factum in causâ Waldeck contra Bayern/ Item in causâ Oetingen/ contra Brandenburg/ & in causâ Straßburg/ contra Hanauw/ Item Eberſtein/ contra Dietz/ Wißbeck/ contra Pfaltz/ Stralendorff/ contra Pleſſen/ ut teſtantur Mynſing. *d. cent.* 2. *obs.* 30. & Collector præjudiciorum Cameræ Imperialis in verbis Pax publica Landtfridt/ *vers. dolo in pace publ. non manifeſtè probato.*

Eſt

29. Quòd ſi accuſator moriatur pendente diffidationis lite, heredes illius, ſi eâdem ex inſtantiâ quam defunctus accuſator inſtituit, agere velint ad banni pœnam, non audiuntur, cùm perempta ſit inſtantia morte accuſatoris, ſi verò novam accuſationem inchoare velint, ut quilibet de populo, non prohibentur. Cùm enim publicum ſit fractæ pacis judicium, executio eius cuilibet ex populo permittitur, §. 1. *Inſtit. de publ. jud. & l. 1. ff. eod. tit.* etiam factâ prius abolitione, *l. ſi quis repellere 7. ff. ad SCtum Turpill. & can. probibentur, § ab alio, cauſ. 2. quaeſt.* 1. Andr. Gail *lib.* 1. *de pace publ. c.* 20. *num.* 28.

30. Quàmvis autem banni pœna Conſtitutionibus Imperii definita ſit in fractores pacis publicę, & proindè etiam in diffidatores, interdũ tamen ex circumſtantiis converti ea poteſt in extraordinariam pœnam, puto pecuniariam, vel aliam Juris communis pœnam, Reichs Abſchidt

Abſchidt zu Augſpurg *de Anno*, 1548. von deß Heiligen Reichs Landtfriden/ Tit. Vom Gewalt deß Cammer Gerichts/ Andr. Gail *libr.* 1. *de pace publ. cap.* 14. *num.* 12. Mynſing. *cent.* 2. *obs.* 30. Et pecuniaria illa pœna ducentarum marcarũ auri puri plerumq; ſola imponitur, quando Univerſitas quædam pacem violavit publicã, Andr. Gail *lib.* 2. *de pace publ. cap.* 9. *n.* 17. & *ſeqq.* Si quoq; dolus in causâ pacis publ. nõ probetur manifeſtè, ſed tantùm per circumſtantias, tũc banni pœna non infligitur, ſed arbitrio prudentis Judicis moderata, commutatur in pecuniariã pœnã. Ita factum in causâ Waldeck contra Bayern/ Item in causâ Oetingen/ contra Brandenburg/ & in causâ Straßburg/ contra Hanauw/ Item Eberſtein/ contra Dietz/ Wißbeck/ contra Pfaltz/ Stralendorff/ contra Pleſſen/ ut teſtantur Mynſing. *d. cent.* 2. *obs.* 30. & Collector præjudiciorum Cameræ Imperialis in verbis Pax publica Landtfridt/ *vers. dolo in pace publ. non manifeſtè probato.*

Eſt

31. Eſt quoque arbitrio judicis pœna illa moderanda, quando vis armata & coadunatio hominum diffidationem ſecuta fuit. Vnde etiam dolus enarratus in accuſatoris libello, effectus autem non fuit ſecutus, eò quòd reus in conatu ſuo fuit impeditus, Andr. Gail *lib. 1. de pace publ. cap. 14. in princ.* Petr. Frider. Mindan. *de proceſſ. lib. 1. cap. 26. n. 16.* & ſcribit idem Author *dict. loco verſ. conatus ad frangendum*. In diffidationis quoque cauſâ Staten accuſatoris contra Roſenberg / ipſe reus in pecuniariã pœnam condemnatus fuit, ut teſtatur Author præjudiciorum Cameræ Imperialis in indict. verb. Pax publica **Landtfriedt**.

32. Sunt & aliæ cauſæ moderandi pœnam diffidationis ordinariam, & convertendi pœnam banni in extraordinariam animadverſionem; putà accuſati rei Nobilitas, artis inſignis & excellentis peritia, multitudo reorum, meritorũ probatio,

batio, provocatio adverſarii, delicti diuturnitas, ebrietas, delirium, furor, ætas, anteactæ vitæ probitas, officium, diſciplina, ut ex aliis, quos citat, ſcribit Andr. Gail *lib. 2. de pace publ. cap. 9. num. 24.*

Quod deniq; attinet privilegio- 33
rum amiſſionem, eſt illa cum banni pœnâ implicitè conjuncta, non exprimitur ea in ipsâ ſententiæ formâ, ut videre licet apud Gail *lib. 2. de pace publ. c. 9. n. 9.* neq; id fieri neceſſe eſt, cùm enim bannitus non ſit amplius Romanus civis, ipſeque omnia Civitatis Romanæ Jura amiſerit, per *l. ſunt quidam 17. §. 1. ff. de pœnis.* Bonis quoq; ſuis & privilegiis privatus ſit omnibus, Cam̃erGerichts Ordnung/ *d. part. 2. Tit. 9. §. 1. vers.* Sollen deß oder derſelben Leib vnd Gut/ etc. Andr. Gail *lib. 2. de pace publ. cap. 3. 4. 5. 6. 7. 11. 12.* Conſequens ei eſt, quod etiam jura ſua privilegiorum amiſerit omnia.]

CAPUT

CAPVT, VII.

De Proceſſu ſuper diffidationis Crimine.

SUMMARIA.

1. *Diffidationis crimen publici eſt iudicii.*
2. *Quid in proceſſu diffidationis ſpectandum.*
3. & 4 *Clerici an diffidatores accuſare poſſint.*
5. & 8. *Clerici diffidatores ubinam conveniendi.*
6. *Principes Eccleſiaſtici qui ſunt Status Imperii ratione bonorum feudalium, Privilegiorum & Regalium, Cæſaris ſortiuntur forum.*
9. *Procurator num in cauſa diffidationis intervenire poſſit.*
10. 11. 12. & 13. *Proponuntur rationes cur Iure cummuni Procurator neque ad perſequendum neque ad defendendum crimen publicum admittitur.*
14. *In Camera Imp. etiam in cauſâ fractæ pacis publicæ Procurator admittitur.*
15. & 16. *Senſus l. 3. C. de Accus. & l. 33. ff. de Procurat.*
17. *Contra reum abſentem qualiter procedatur.*
18. *Remedia contra diffidatorem Iure comparata quænam.*

19. Man-

19. *Mandato Iudicis avocatorio in cauſâ diffidationis quando ſit locus.*

20. 21. 22. & 23. *Practica extrahendi mandatum avocatorium in cauſâ diffidationis.*

27. 28. 29. 30. & 31. *In cauſâ diffidationis ad Bannum non procedit Camera Imp. niſi intervenientibus quibusdam requiſitis.*

33. *Error Gailii & Schwanmanni circa pœnam diffidationis pecuniariam detegitur.*

34. *Actione in factum experitur diffidatus ad reſarcienda damna per diffidationem illata.*

35. 36. & 40. *Competens Iudex in cauſâ diffidationis quisnam.*

37. *Status Imperii habent quidem Ius banni in ſuo territorio, ſed relegare magis quam bannire dicuntur criminoſos.*

39. *Actio ad reſarcienda damna civilis cum accuſatione diffidationis cumulari poteſt.*

41. & 42. *Diffidationis crimen quomodo probetur.*

43. *& ſeqq. Quib. exceptionib. tueri ſe poßit diffidator.*

44. *Tranſactio de crimine diffidationis Iure eſt permiſſa.*

48. *Diffidator etiam poſt concluſionem cauſæ innocentiam ſuam docere poteſt.*

49. *Reconventio in cauſa fractæ pacis publicæ an locum habeat.*

50. *An diffidator pendente iudicio ante ſententiã*

dé

Digitized by Google

CAPVT, VII.

De Proceſſu ſuper diffidationis Crimine.

SUMMARIA.

1. *Diffidationis crimen publici eſt iudicii.*
2. *Quid in proceſſu diffidationis ſpectandum.*
3. & 4. *Clerici an diffidatores accuſare poſſint.*
5. & 8. *Clerici diffidatores ubinam conveniendi.*
6. *Principes Eccleſiaſtici qui ſunt Status Imperii ratione bonorum feudalium, Privilegiorum & Regalium, Cæſaris ſortiuntur forum.*
9. *Procurator num in cauſa diffidationis intervenire poſſit.*
10. 11. 12. & 13. *Proponuntur rationes cur Iure cummuni Procurator neque ad perſequendum neque ad defendendum crimen publicum admittitur.*
14. *In Camerâ Imp. etiam in causâ fractæ pacis publicæ Procurator admittitur.*
15. & 16. *Senſus l. 3. C. de Accus. & l. 33. ff. de Procurat.*
17. *Contra reum abſentem qualiter procedatur.*
18. *Remedia contra diffidatorem Iure comparata quænam.*

19. *Man-*

Digitized by Google

19. Mandato Iudicis avocatorio in cauſâ diffida-
tionis quando ſit locus.

20. 21, 22. & 23. Practica extrahendi mandatum
avocatorium in cauſâ diffidationis.

27. 28. 29. 30. & 31. In cauſâ diffidationis ad Ban-
num non procedit Camera Imp. niſi inter-
venientibus quibusdam requiſitis.

33. Error Gailii & Schwanmanni circa pœnam
diffidationis pecuniariam detegitur.

34. Actione in factum experitur diffidatus ad re-
ſarcienda damna per diffidationem illata.

35. 36. & 40. Competens Iudex in cauſâ diffida-
tionis quinam.

37. Status Imperii habent quidem Ius banni in
ſuo territorio, ſed relegare magis quam
bannire dicuntur crimino ſos.

39. Actio ad reſarcienda damna civilis cum accu-
ſatione diffidationis cumulari poteſt.

41. & 42. Diffidationis crimen quomodo probetur.

43. & ſeqq. Quib. exceptionib. tueri ſe poßit dif-
fidator.

44. Tranſactio de crimine diffidationis Iure eſt
per miſſa.

48. Diffidator etiam poſt concluſionem cauſæ in-
nocentiam ſuam docere poteſt.

49. Reconventio in cauſa fracta pacis publica an
locum habeat.

50. An diffidator pendente iudicio ante ſententiā
de

de rebus ſuis per ultimam voluntatem diſpo-nere poſſit, remiſſivè.

PRimò omnium hîc ſubnotandum eſt, quòd diffidationis crimen publici eſt judicii, continet enim vim publicam, eamque atrocem, ut oſtendi ſuprà cap. v. Vis autem publica maximè atrox publicum præbet judicium, *l. 1. ff. de publ. jud. & §. item lex Julia de vi publicâ Inſtit. d. t.* Accedit, quòd accuſatio ſuper fractâ pace publicâ ſpectat pœnam ſanguinis, vitæque necisq; dieweil der Reorum Leib vnd Gutt allermeniglich erlaubt/ vnd niemandt daran freſſlen oder verhandtlen können oder mögen/ per text. *Ordin. Cam. Imper. part. 2. Tit. 9. §.* So jemandts/ *vers.* Sollen deß oder derſelben Leib vnd Gutt. Et quòd judicium ſuper fractâ pace publicum ſit, & merè criminale, ſcribit quoque Andr. Gail *lib. 1. de pace publ. c. 9. in princ.*

In hoc autem diffidationis proceſſu ſpectatur tùm qui non poſſint diffi-

diffidationis reum accuſare de hoc crimine, & qui diffidationis rei de hoc crimine accuſati & convicti condemnari poſſint: Tùm an in huius criminis perſecutione Procurator etiam admittatur; Tùm quæ juris remedia contra diffidatorem comparata ſint: Tùm etiam Judex competens quis ſit in hâc diffidationis causâ; Tùm poſtremò An reconventioni locus ſit coram diffidationis judicio.

Quod ad primam inſpectionem attinet, licet hæc cauſa publici ſit judicii (ut modò oſtendi) in quo quilibet de populo ad accuſationem admittitur, *§. 1. Inſt. de publ. jud. & l. palàm 43. §. Senatus 10. ff. de rit. nupt.* Clerici tamen ipſos diffidatores de crimine hoc non poſſunt accuſare, ſiquidem ſanguinis pœnam agitare nequeant, *c. Prælatus, Tit. de homicidio in 6. c. in clericis, & c. ſententiam, Extr. ne Cleric. vel Monach. ſecularib. negociis ſe immiſceant, can. ſicut ſacerdotes cauſ. 2. quæſt. 7. can.* 3

 bis

bis à quibus, cauſ. 23. quæſt. 8. Id quod procedit, etiamſi propriam injuriam proſequi velint, ut patet ex Gl. in *can. laicos, cauſ. 2. quæſt. 7. in verb.* laicos, cùm accuſatio genus ſit illaudabilis intentionis, *can. ſi quis Epiſcopus, cauſ. 2. quæſt. 7.* & docet ita Gail *libr. 1. de pace publ. cap. 8. n. 6.* & Petr. Frider. Mindan. *lib. 1. de proceſſ. cap. 22. num. 7.*
4. Etſi autem clerici non poſſint accuſare diffidationis reum, ipſi tamen Principes Eccleſiaſtici, qui Status ſunt Imperii, propter Regalia & Feuda Imperii, poteſtatem habent accuſandi reũ diffidatorem in Camerâ Imperiali, Petr. Frider. Mindan *lib. 1. de proceſſ. dict. cap. 22. num. 8.* & Andr. Gail
5. *lib. 1. de pace publica cap. 8. n. 7.* Iidem quoque Principes de crimine hoc in Camerâ Imperiali rectè accuſantur, non quidem ad banni pœnam, de quo accuſator proteſtari debet, ſed ut regalibus & privilegiis Imperii priventur, Petr. Frider.
6. Mindan, *lib. 1. cap. 22. num. 9.* Ratio-

ne

Digitized by Google

ne enim bonorum feudalium, privilegiorum, & Regalium, quæ à Romanorum Imperatore, & ſacro Romano Imperio poſſident, quorumque nomine Principes Imperii appellantur, Forum Cæſaris ſortiuntur, Von wegen deß H. Reichs Regalien vnnd Weltlicher Obrigkeit/ quorum reſpectu præceptis Cæſaris & Imperii parere, & vocati ad auxilium & conſiliũ venire & comparere neceſſe habent, per text. *in can. ſi Epiſcopus*, ibi præceptione Regia, *18. diſtinct.* & ibi Gl. *in verb.* Regia & *in c. cum parati, ubi* Gl. in verb. in legatione & Panorm. *num. 8. & ſeq. Extr. de appellat.* Textus in *c. nimis Extr. de Jurejur.* De Jure enim communi privilegium fori Clericis conceſſum, non habet locum in bonis feudalibus, *c. ex tranſmiſſa, & c. verum Extr. de foro competenti, & c. cæterum Extr. de judic.* Et quod Eccleſiaſtici ratione Regalium & Feudorum temporalium obedientiam ſecularibus, à quibus ea Rega-

lia & Feuda recognoſcunt, præſtare debeant, forumq́; ſeculare ſortiantur pulchrè conſuluit Schurff. *cons. 72. num. 3. & ſeqq. cent.* 1. & tradidit Andr. Gail. *libr. 1. de pace publ. cap. 8. num. 8.*

7. Quòd ſi igitur hoſtiliter aliquem diffidaverint Eccleſiaſtici Principes, Camera Imperialis contra ipſos tanquam Imperii Principes & Status ſuper turbatâ pace citationem meritò decernit, ut tradit Andr. Gail *lib.* 1. *de pace publ. cap. 8. num. 10.*

8. Cæterùm Eccleſiaſtici, qui non ſunt Status Imperii, ſi contra pacem publicam diffidando delinquant, coram ordinario Judice Eccleſiaſtico conveniri; probatoque hoc crimine, pro eius magnitudine privatione, & degradatione puniri debent, Id quod vult Imperii Conſtitutio, & jure communi receptū eſt, *c. at ſi clerici, ubi Dd. Extr. de jud.* Jul. Clar. *in pract. crim.* §. *finali quaſt. 36.* Andr. Gail *lib. 1. de pace publ. cap.* 1. *num. 16.*

Digitized by Google

num. 16. Petr. Frid. Mindan. *lib. 1. de proceſſ. cap. 22. num. 6.*

Quod ad alteram inſpectionem pertinet de Procuratoribus, num ipſi hâc in causâ partibus litigantib. admitti debeant? Certum quidem eſt, quòd Procurator in cauſa criminali ad perſequendum crimen publicum intervenire non poſſit, ut nec ad criminis reum defendendum, ſi pœna relegatione major fuerit, *l. pen. §. ult. ff. de publ. jud. l. tunc convenit 15. C. de accuſat. l. 1. ff. An per alium cauſæ appellat. reddi poſſ. & l. ult. in princ. ibi*, cui tamen non per Procuratorem reſpondere liceat, *C. ubi Senatores vel Clariſſ.* 9.

Ratio autem cur ad perſequendum crimen publicum Procurator non admittatur, ea eſt, quòd accuſator, ſi ei per Procuratorem criminis reum accuſare liceret, facilè abſens contemneret pœnam quæ accuſatori per calumniã accuſanti reum ad ſupplicii ſimilitudinem jure comparata eſt, *l. ult. C. de accus.* 10.

11. Accedit & illud, quòd accuſator audâcter mentiretur abſens per Procuratorem, quæ præſens ſine rubore proferre non auderet. Cur autem ad crimen judicii publici defendendum nō admittatur Procurator, ratio hæc eſt, quòd publicè intereſt, non modò nota eſſe delinquentium delicta, ſed etiam ut ipſi meritis afficiantur pœnis, *l. eum qui nocentem 18. ff. de Injur. & l. bona 31. in princ. vers. nā malè, ff. depoſiti.* Non poſſet autem reus pœnæ ſubjici, ſi conſciĕntiâ perpetrati ſceleris non compareret in judicio, ſed latebras & effugia quæreret, ut pœnam delicto condignam, evitaret; Neque etiam ſententiæ executio in Procuratore, ut qui innocens eſſet, fieri poſſet, atque ita crimina impunita manerent, quod exemplo perniciosum foret, *l. ſi quis fortè 6. ff. de pœnis, & l. ſi operis 14. C. d. t.*

12. Ut autem utrumque obtineatur, ut ſcil. nota fiant delinquentium crimina, ipſique dignis coerceantur

Digitized by Google

tur pœnis, plurimùm refert, ipſummet præſentem eſſe reum, nec eum per Procuratorem defendi. Valet enim inprimis ad veritatem eruendam, reum præſentem de ſe interrogari, & interrogatũ reſpondere, Multa quippe ſunt in vultu, multa in ſermone, ex quibus aut detegitur conſcientia criminis admiſſi, aut innocentia confirmatur. In 13.
vultu exiſtunt ſæpè pallor, crebra mutatio, conſternatio, quæ admiſſum facinus interdum vehementius arguunt, quàm ullæ probationes. Undè illud vulgatum:

Heu quàm difficile eſt crimen non
prodere vultu.

Et Juvenalis illud:

Rubet auditor, cui frigida mens eſt
Criminibus tacita ſudant præcordia culpâ.

Contrà conſtans ſibi per omnia ſine affectatione vultus, bonæ conſcientiæ indicium eſt, hinc illud Horatii:

Digitized by Google

Hic murus aheneus eſto,
Nil conſcire ſibi, nullâ palleſcere culpâ.

In ſermone etiam hæc inſunt, titubatio, trepidatio, varietas, & repugnantia reſponſionum, aut his contraria ſermonis conſtantia, *l. de minore 10. § pen. de quæſtionib.* Quo pertinet illud eiuſdem Horatii:

Integer vitæ, ſceleriſq; purus,
Non eget Mauri iaculis, nec arcu,
Nec venenatis gravida ſagittis
Fuſce pharetra.

Et illud:

Juſtum & tenacem propoſiti virum,
Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinæ.

Nec non illud Plauti:

Quæ non deliquit,
Decet audacem eſſe, & confidenter pro ſe, & protervè loqui.

14. Etſi autem hæc ita ſe habeant jure communi Juſtinianeo, In Cameriâ tamen Imperiali etiam in cauſa fractæ pacis publicæ, qualis etiã eſt diffidationis cauſa, ut ſuprà cap. V. docui,

Digitized by Google

docui, Procurator admittitur, cùm ibi non niſi per Procuratores cauſæ agitari poſſint, ut evincitur ex *Ordinat. Cameræ Imperialis part. 1. Tit. 25.* & docet Andr. Gail *lib. 1. de pace publ. cap. 10. num. 8.*

Non deſunt etiam textus, ex quibus evinci videtur, quòd etiam Juſtinianeo Jure Capitalium criminum rei abſentes per Procuratorem defendi poſſint, ut ſunt text. *in l. 3. C. de accuſat. & l. ſervum 33. §. publicè ff. de Procuratorib.* Priori loco Alexander Imperator Reos, inquit, capitalium criminum abſentes, etiam per Procuratorem defendi leges publicorum Judiciorum permittunt. Poſteriori loco Ulpianus ICtus Publicè, ait, utile eſt, abſentes à quibuscunque defendi: Nam & in capitalibus judiciis defenſio dator. 15.

Notandum eſt, textus utroque loco indicare, quòd reus abſens per alium, putà per Procuratorem defendi poſſit, ſed quã defenſionem ſigni- 16.

ſignificent Juris authores, Alexander Imp. & Ulpian. ICtus diſpiciendum hîc maximè eſt. Authoritas autem Juris oſtendit per defenſionem ſignificari juſtam & plenam innocentiæ defenſionem, quâ factâ, & innocentiâ rei abſentis probatâ, ipſe abſens reus abſolvatur, ut pulchrè oſtendit Cuiac. *lib. 20. obſerv. cap. 20.* Et hic intellectus probatur quoque Donello *lib. 18. comment. cap. 10. pag. 183.* ubi dictam *l. 3. C. de accuſat. & d. l. ſervum §. publicè, ff. de Procurat.* interpretatur ſimiliter de plenâ & integrâ defenſione rei, inquem tamen probationibus convictum non confeſtim damnatoria ſententia pronunciari, ſed ea per triduum differri debeat, per *l. inter 10. & l. pen. ff. de publ. Jud.* Triduum autem in *d. l. inter*, non accipitur pro triduo continuo, ſed pro trinundino, ita ut ſingulis tribus nundinis ter nominatim citetur reus; quo temporis ſpacio præterlapſo, ſi non compareat reus citatus, damnari

mnari Judicis ſententiâ poſſit, Cuiac. *lib. 20. obſervat. cap. 11.*

Sed hæc procedit ſententia in eo abſente, qui inter reos eſt receptus, purà cum quo præſente ante eius abſentiam cognitio cauſæ ſuſcepta eſt, *d. l. inter 10. ff. de publ. jud.* hoc eſt, cum quo præſente lis conteſtata fuit, *l. adultera 10. C. ad leg. Jul. de Adult.*. & eleganter tradit. Cuiac. *lib. 20. obſervat. cap. 20. & 21.*

Cæterùm quæ aliorum ſit opinio de hâc quæſtione videri poteſt apud Fachinæum *lib. 1. controv. Jur. cap. 24.*

Quòd ſi reus abſens ſit, nec cum eo ante abſentiam lis fuerit conteſtata, damnari non poteſt in judicio publico capitali, ſed requirendus eſt, & annotandus, ac publicis edictis adeſſe jubetur, bona quoq; ipſius obſignantur. Quòd ſi abſens annotatus intra annum, ex quo edictis vel literis adeſſe juſſus fuerit, idque non ignoret, contumax non comparuerit, nec purga- 17.

verit

verit ſe, aut ſatis non obtulerit, nec à quoquam defenſus fuerit, bona eius obſignata publicantur, *l. abſentem 6. C. de accuſat. l. abſentem, 5. ff. de pœn. l. 1. §. Præſides §. ex hoc & §. ſeq. l. 2. l. 4. & l. ult. ff. de requir. reis, & l. 2. C. d. t.*

18. Dicendum nunc de tertiâ capitis huius ultimi inſpectione, de juris remediis contra diffidatorem jure comparatis. Ea autem ſunt Mandatum Judicis avocatorium, & de non offendendo diffidatum: Actio item ſive accuſatio ex Conſtitutione pacis publicæ, ad pœnam banni infligendam, & præſtandam pecuniariam pœnam, eâdem Conſtitutione definitam: Tùm etiam actio ad reſarcienda damna diffidationis crimine diffidato illata, Reichs Abſchiedt *de Anno, 1548.* Von deß Heiligen Reichs Landtfrieden / §. vnd ob ſichs zutrůge / *&* §. *ſeq.* von Mandaten deß Cammer Gerichts wider die Friedbrecher / *ꝛc.* §. Vnd ob ſichs zutrůge *& ſeq. Item duob. Titt. ſeqq.*

Quòd

Quòd attinet Judicis mandatum 19.
illud avocatorium, & de non offendendo diffidatum, locus illi eſt poſt factam diffidationem, antequam diffidator eam offendendo exequitur, diffidatus autem futuram offenſionem & læſionem à diffidatore metuit, Cammer Gerichts Ordnung *part. 2. Tit. 9.* § vnd ob ſichs zutrůge/ his verb. Vnd ſo ſich zutrůge/ daß jemandt dieſem Landtfrieden zuwider/ den andern mit Heeres Krafft / oder ſonſt Gewaltiglich vberziehen würde/ Sollen vnnd wöllen die Kayſerliche Mayſtat als dann / oder in jhrer Lieb vnd Kayſerlicher Mayeſtät abweſen/ Wir als Römiſcher König / oder aber daß Kayſerlich Cammer Gericht/ auff anſuchen deß / der Vberzug beſorget/ vnd ſich gebürlichen Rechten erböthe/ oder aber deß Kayſerlichen Fiſcals / denen ſo in Werbung vnd Rüſtung ſtünden/ bey den Pöen vnd Straff der Acht gebieten/ von ſolchem gewaltigen thätlichem Fürnemmen/ vnd Vberzug abzuſtehen/ vnd ſich gebürliches Rechtens benůgen zulaſſen.

De

ne ſuâ, non decernitur in Camerâ petitum mandatum, ſondern wirdt dem Supplicanten daß gebetne Mandatum vnnd Ladunge auff den Landtfrieden abgeſchlagen / Andr. Gail *d. cap. 7. num. 18. & c. 3. num. 12.* & Mynſing. *cent 4. obs. 80.* Petr. Frider. Mindan. *de proceſſib. Cameral. lib. 1. cap. 21. num.* 1. Author præjudiciorum Cameralium, in verbis Pax publica Landtfriedt, *vers. deficientibus requiſitis, fol.* 251.

Formula Supplicationis in cauſâ diffidationis pro Mandato avocatorio, & de nõ offendendo elegãs extat in Noe Meurers Cammer Gerichts Ordtnung Proceß / Formen / vnd Exemplarn / part. 1. von Supplicieren *num. 60. pag. mihi* 16. Non abſimilis omninò forma Supplicationis in diffidationis causâ reperitur etiam ſub *Tom. 2. part. 3. Symphorematis Supplicationum Adriani Gylmanni, Tit. 5. ſupplicat. 9. & Tit. 10. ſupplicat. 7. & Tit.* 11. *ſupplic.* 1. 2. & 3.

Huius-

Digitized by Google

Huiusmodi mandatum non modò contra ipſum diffidatorem, ſed & auxiliatores eius ſupplicando poſtulari & decerni poteſt Andr. Gail *lib.* 1. *de pace publ. cap.* 4. *num.* 1. & teſtatur *dicta ſupplic.* 9. *ſub Tit.* 5.

Tale autem avocatorium mandatum Camera per nuncios Camerales intimare ſolet, & ex Aulâ Cæſaris per Fœcialem, durch einen Heroldt/ Andr. Gail *d. cap.* 4. *n.* 1. 25.

Quòd ſi diffidator obſequatur & pareat mandato huic, benè eſt, ſin minus ad pœnam banni, aliasque pœnas contra ipſum & eius auxiliatores proceditur; Andr. Gail *d. cap.* 4. *num.* 3. 26.

Ut autem juſtè procedatur ad Bannum, & pœnam illam pecuniariã (200. Marcarum auri puri) conſtare debet primùm, quòd Mandatum ipſi diffidatori, eiusque ſociis, & auxiliatoribus inſinuatum ſit, Id quod præſumitur ex nuncii relatione, cui creditur, donec contrarium doceatur, Bart. *in l.* 1. §. *circa ff.* 27.

de Offic. Præfecti urb. Abb. *in c. cum parati, Extr. de Appell.* & faciunt huc notata Jaſonis in *§. quadrupli, n. 20. Inſtit. de action.*

Quòd ſi per edicta emanaverit mandatum, & facta ſit citatio, neceſſum eſt ut iis locis ſint affixa, quibus facilè ad notitiam diffidatoris pervenire potuerint; Andr. Gail *libr. 1. obs. pract. obs. 57. num. 3. 4. & 5.* ubi jura allegantur.

28. Requiritur hîc & illud, ut mandatum & citatio rectè ſint impetrata & decreta, Mandata enim contra jus, & minus legitimè impetrata non valent, *l. rescripta 7. ubi Dd. C. de precib. Imp. offer.* Tunc autem legitimè id factũ dicitur, quando diffidatus exhibuit literas diffidatrices, quibus facta fuit diffidatio, aut ſigna diffidatoria adpenſa protulit; & inde conſtet, quòd literas illas diffidator ſcripſerit, aut ſcribi ab alio curaverit, vel ſigna illa ipſemet aut eius nomine alius adpendit; Id quod non modò ex teſtium depoſi-

depoſitionibus, ſed & præſumptionibus cognoſci poteſt; ut ſi reus aufugerit, & ad loca ſuſpecta, ubi homines ſcelerati vivunt, ſe contulerit, ac prius etiam minas atroces in diffidatum evomuerit, Peinliche Halß Gerichts-Ordnung/ *artic. 128.*

Qui autem idoneis præſumptionibus de diffidatione factâ gravatus eſt, citari poteſt, ut veniat, & ſe juramento purget; qui ſi vocatus non venerit, ſuſpectum ſe facit de facinore iſthoc, & pro reo criminis huius habetur. Quòd ſi ignoretur ubi diffidator ille vivat, edictis citari poteſt, duobus aut tribus locis affixis, Reichs Abſchiedt zu Wormbs *de Anno* 1495. *Tit.* Wann die Thäter deß Friedtbruchs nicht offenbar / vnnd deß jemandts verdacht were. 29.

Conſideranda quoq; hic perſona Rei & qualitas ipſius, cuius ſcil. opinionis, & conditionis ſit, per ea, quæ ſcribit Menoch. *de præſump. lib.* 5. *præſumpt.* 32. 30.

31. Requiritur hîc & illud, quòd diſfidator citatus contumaciter non comparuerit, Ang. *conſ.* 8. *incip. relatores introitus Regni*, Caſtrens. *in l.* 1. & ibidem Alexand. *§. fin. num.* 32. *ff. ſi quis jus dicenti non obtemperaverit.*

Quòd ſi verò diffidator citatus comparuerit in Camerâ, diffidatus actionem ſuam ex Imperii Conſtitutione de pace publ. contra ipſum proponit, quâ intendit, quòd diffidator contra Conſtitutionem illam violaverit pacem publicam ipsâ diffidatione. Ipſe autem reus diſfidator exceptiones & deſenſiones ſuas factâ litis conteſtatione ſimiliter proponit, Mynſing *cent.* 3. *obs.* 98. *vers. Cæterùm.*

32. Actio autem illa eſt accuſatio ad pœnam banni infligendam, & ad pœnam pecuniariam Conſtitutione Imperii de pace publicâ definitam, quæ eſt ducentarum marcarum auri puri, ut ſuprà etiam cap. præcedente docui ex *Receſſu Imperii Vuorma-*

Vuormacenſi de Anno, 1495. *Tit.* Wie der Landtfrieden zuhalten gebotten/ vñ verpöent iſt/ *& de Anno*, 1521. *Tit.* Die Pöen aller Friedtbrecher/ *& Tit. ſeq.*

Cæterùm Andr. Gail *d. lib.* 1. *de pace publ. cap.* 20. *num.* 19. ut & Chriſtophor. Schvuanman *de proceſſ. Cameral. cap.* 14. *num.* 20. Tùm etiam Author Commentariorum in Ordinationem Cameræ Imperialis *part.* 2. *Tit.* 9. *vers. tertiò ſciendum eſt*, Item Author collectorum præjudiciorum Cameral. in verb. Pax publica Landtfriedt. *vers. Conſtitutionis fractæ pacis duæ ſunt pœnæ, &c.* Scribunt, pecuniariã illam pœnam eſſe duorum Millium marcarum auri puri: At quia allegati illi Receſſus Imperii loquuntur ſaltem de ducentis auri puri marcis, & eius etiam ſummæ meminerunt Mynſing. *d. cent.* 5. *obs.* 78. *&* Author obſervationum Cameralium manuſcriptarum, *ad Tit.* 9. *vers.* Sampt andern Pöenen/ Ubi additur, quòd 200. illæ marcæ auri puri faciant Summam 14400. 23.

florenos, ſiquidem una marca auri puri faciat 72. florenos, veriſimile eſt, vicioſam eſſe lectionem apud Andream Gail, & alios imprudenter errorem Gailii ſequutos eſſe.

Actio ad reſarcienda damna per diffidationem illata diffidato (ut quia diffidatus in vigiles excubantes ſumptus fecit, & agros ad quos ob timorem egredi non potuit, incultos relinquere coactus fuit) eſt in factum actio per text. *in l. quia actionum 11. l. qui ſervandorum* 14. §. 2. *l. duo 23. ff ff. de præſcript. verb. l. in laqueum 55. in fin. ff. de adquir. rer. dom.*

35. Competentem judicem in causâ fractæ pacis publicæ quod attinet, ſciendum hîc eſt, quòd omnes cauſæ fractæ pacis principaliter & immediatè per viam ſimplicis querelæ ad Cæſarem, vel Cameram Imperialem ſpectant, adeò ut nulla privilegia, nulla prærogativa dignitatis, aut cuiuscunq; excellentiæ violatores pacis publicæ à Juriſdictione Cæſaris, vel Judicio Cameræ

meræ Imperialis eximant, ut argu- unt Divor. Impp. Maximiliani I. & Caroli V. *In Receſſu Imperii Vuormacenſi de Anno, 1495. Tit.* Die Pœen der Friedtbrecher./ *& Receſſu Imper. Vuormacenſi de Anno, 1521. Tit.* Von auffhebung aller Freyheiten. Patet idem ex *Ordin. Cam. Imp. part. 2. Tit. 9. §. 2.* & docet Andr. Gail *lib. 1. de pace publ. cap. 11. num. 2.*

Cùm enim potiſſima pœna fra- 36.
ctæ pacis publicæ bannum ſit Imperiale, & ſolus Cæſar & Rex Romanus, ac Cæſareæ & Regiæ Maieſtatis loco Camera Imperialis bannum Imperii irrogare poſſit, Andr. Gail *libr. 1. de pace publ. cap. 6. num. 9. & cap. 11. num. 2.* Conſequens ei eſt, quòd ſolus Imperator, & Rex Romanus, ac Camera Imperialis in cauſis turbatæ pacis publicæ cognoſcere debeat.

Et quamvis nonnulli Status Im- 37.
perii jus banni, quo ad ſuos ſubditos ſibi quoque uſurpent, eò quòd ſuis in ditionibus tantum poſſunt,

Digitized by Google

quoad ſubditos ſuos, quantum Imperator in Imperio, Bart. *in l. infamem 7. num 14. ff. de publ. judic.* Felin. *in c. quæ in Eccleſiarum num. 32. cum ſeqq. Extr. de Conſtitut.* & alii alibi, Banna tamen illa non tàm banna ſunt, quàm relegationes, per text. *in l. relegatorum 7. §. interdicere, ff. de interdictis & relegatis, l. ult. ff. de offic. Præfect. Urb. l. 3. ff. de offic. Præſid. l. 1. & l. 2 ff. de offic. Procons.*

Etſi verò diffidator nullus regulariter Imperatoris aut Cameræ Juriſdictionem effugere poſſit, licet privilegio quodam vallatus ſit, & exemptus Judicio illi, proindeq; exceptionem fori declinatoriam opponere nequeat

38. Sunt tamen quidam exempti à Juriſdictione Cameræ etiam cauſis fractæ pacis publicæ, ut ſubditi Ducis Brabantiæ, Andr. Gail *lib. 1. de pace publ. cap. 11. num. 6.* Item Clerici immediatè Imperio ſubiecti, Gail *d. lib. 1. cap. 1. num. 16. & ſeqq & cap. 11. num. 7.*

Non

Digitized by Google

Non ſolùm autem accuſatio illa 39.
ad pœnam banni, & ducentarum marcarum puri auri ad Jurisdictionem Cameræ Imperialis pertinet, ſed & actio illa in factum de reſarciendo damno, quod ex diffidatione ſenſit diffidatus, quę civilis actio cum accuſatione illâ in camerâ cumulari eodem libello poteſt, Cammer Gerichts Ordnung/ *d. part. 2.* Wir wollen auch/ & ſcribit Andr. *Tit.9.* §. Gail *lib. 1. de pace publ. c. 6. n. 7.*

Competens præterea forum in 40.
causâ fractæ pacis publicæ comparatum eſt in ordinario domicilii Rei diffidatoris loco, ſive criminalis accuſatio contra ipſum inſtituatur, ad pœnam gladii, ex Conſtitutione Caroli V. Imp. *dict. Ord. art. 128. & art. ſeq.* & *Conſtitutione Regis Ferdinandi de Anno 1555.* §. Wir ſetzen/ ordtnen/ vnd wollen auch/ ꝛc. Sive actio civilis ad reſarciendum damnum per diffidationem diffidato illatum. Hæc enim ad ordinariam Jurisdictionem indubitanter pertinet.

Digitized by Google

41. Conſtituto per litis conteſtationem hoc judicio, actori diſpiciendum eſt de probationibus diffidationis factæ, & Reo accuſato de exceptionibus, quibus accuſatoris intentionem elidat. Probatio autem firma præſtatur per confeſſionem rei propriam, per teſtes item idoneos, & rei evidentiam, *c. cum olim, Extr. de verb. ſignif.* Sed omnium certiſſima probatio eſt, quæ ex rei confeſſione depromitur, & nulla eſt firmior probatio, quàm partis adverſæ confeſſio. *l. un. C. de confeſſ. l. certum ff. d. tit.* Duobus quoq; teſtibus maſculis bonæ & integræ opinionis plena fit probatio, etiam in criminali cauſâ, qualis eſt diffidationis cauſa, *l. ubi numerus 12. ff. de teſtib. c. in omni, c. licet univerſis, & c. cum à nobis Extr. d. t. c. novit ille Extr. de judic.* Similiter evidentiâ ipſius facti abſolutam probationem efficit, *d. c. cum olim, Extr. de Verb. ſignif.* Ut ſi quis in flagranti crimine captus ſit, quo caſu evidentia patrati ſceleris

ſceleris non indiget clamore accuſatoris, *c. evidentiæ 9. Extr. de accuſat. c. ad noſtram 21. Extr. de Jurejur. c. ſuper eo, Extr. de teſtib. cogend. l. ea quidem 7. C. de accuſat.*

De his tribus modis probandi diſfidationem agit quoq; Andr. Gail *libr. 1. de pace public. cap. 15. num. 7. 8. & 9.* Articuli autem in diffidationis & alia fractæ pacis cauſa, cùm ſit criminalis, in contumatiam non reſpondentis, pro confeſſis acceptari non poſſunt; eò quòd plena & abſoluta probatio in criminalibus requiritur, *l. ult. C. de prob.* Andr. Gail *citato jam loco, n. 11. & ſeq.* Mynſing. *cent. 3. obs. 52.* 42.

Exceptiones Rei & defenſiones ſunt potiſſimùm tranſactionis, atq; ita litis finitæ exceptio, & exceptio litis pendentiæ, ſive præventionis, itemque præſcriptionis exceptio. 43.

De fractę pacis crimine tranſactio jure permiſſa eſt, ut arguit *Ordinatio Cameræ Imp. part. 2. Tit. 9.* § Sojemand doch / *vers.* Doch ſoll / *& Tit. 18.* tradit idem 44.

idem Andr. Gail *lib.* 1. *de pace publ. cap.* 11. *num.* 12. *& ſeqq.* Quocirca trãsactionis exceptione reus fractæ pacis publicæ tueri ſe poteſt.

45. Transactio tamen illa nihil præjudicat Cæſareæ Maieſtati, vel Cameræ Imperiali, vel Fiſco. Quin etiam Cæſar, & Camera Imperialis Sollen für ſich ſelbſt von Amptswegen ſtrenglich vnd vnnachläßlich wider die Friedbrecher procediren/vnd ſelbige in die Straff erklären/ Camm:Gerichts Ordtnung *part.* 2. *Tit.* 9. §. So jemandt / unde patet quòd transactio illa non impedit, quò minus Imperator, aut Camera pœnis diffidatorem perſequi poſſit, Petr. Frider. Mindan. *lib.* 1. *de proceſs. c.* 22. *num.* 14.

46. Litis pendentiæ exceptio locum habet, quando reus ille ad pœnas juris communis & damna per diffidationem illata conventus fuit primùm coram ordinario ſuo Judice, ſub quo domicilium habet. Hoc caſu ſi pòſt vocetur ad Cæſareum

vel

vel Camerale Judicium exceptionem litis pendentiæ opponere adverſario poteſt, ubi enim cœptum eſt judicium, ibi etiam finiri debet, *l. ubi acceptum 30. & ibi Dd. ff. de judiciis*, Andr. Gail *lib. 1. de pace publ. cap. 11. num. 18.* Petr. Fridr. Mindan. *lib. 1. de proceſs. cap. 22. num. 15.*

Præſcriptionis quoq; exceptione defẽdere ſe poteſt diffidator Reus, ſi ſpacium annorum viginti prę-terlapſum ſit à tempore factæ diffidationis, per text. *in l. querela* 12. *C. ad Leg. Corn. de falſ.* Andr. Gail *lib. 1. de pace publ. cap. 20. num. 31. 32. & 35.* Unde ſi pòſt 20. annos Judex petatur ſuper fractâ pace decernere proceſſus, tunc ipſe eos quidem decernere tenetur; cùm tempus non tollat crimen, & Judex non tenetur ſupplere exceptionem præſcriptionis huius, Bart. *in l. cum qui 56. §. qui ita ſtipulatus, ff. de verb. oblig.* & Guido Papa *decis* 221. Verùm ſi diffidator præſcriptionis exceptionem temporis illius adverſario opponat; 47.

ponat, liberatur ab impetitione Actoris, *d. l. querela* 12. *C. ad leg. Cornel. de fals.* Quòd ſi eam non opponat, Judex condemnare debet reum, Idque authoritate Baldi *in d. l. querela* 12. & Bartoli *in l. abſentem* 5. *in fin. ff. de pœn.* & Mynſing. *cent.* 4. *obs.* 35. *vers. ſed pone lapſis.* Andr. Gail *lib.* 1. *de pace publ. cap.* 20. *num.* 35. Id quod teſtatur etiam Author præjudiciorum Cameralium, in verb. pax publica, Landtfriedt/ *vers. licet actio criminalis expiret.*

48. Non eſt hoc loco prętereundum, quòd reus etiam concluſione cauſę factâ ad ulteriorem innocentiæ ſuę probationem admitti poſſit, ac debeat, & multò magis poſt atteſtationum publicationem. In criminalibus enim ex parte rei nunquã in causâ concluſum eſſe intelligitur, *l. unicus* 18. *§. cognituru* ibi, quamvis defenſionem quocunque tempore, poſtulante reo, negari non oportet, *ff. de quæſtionibus*, & latè ac eleganter oſtendit Andr. Gail *lib.* 1. *de pace publ. cap.* 18.

Quòd ſi diffidator reus criminis huius nullâ ſe tueri poſſit exceptione, ſed probationibus deſtitutus omninò convict⁹ ſit, ſententia in ipſũ vel banni, vel alia profertur, & ad eius executionem proceditur; de Banni ſententiâ & pœnâ agit Andr. Gail *lib. 2. de pace publ. cap. 3. 4. 5. 6. & ſeqq.* de executione Banni tractat idem Gail *lib. eod. cap. 17.*

Reſtat ultima inſpectio Capitis huius ultimi, An reconventio **Ein Gegenklag/** in causâ criminali fractæ pacis publicæ locum habeat? 49 In causâ criminali Reus conventus non poteſt accuſatorem de alio crimine reconvenire; niſi ſuam, vel ſuorum injuriam proſequi velit, *l. neganda. 9. C. de iis, qui accuſare non poſſunt, & l. ſi quis reus 5. ff. de publ. judic.* Et quòd in causâ fractæ pacis publicæ, qualis eſt diffidatio, non poſſit fieri reconventio docet Andr. Gail *lib. 1. de pace publ. cap.* 12. *num. 4.* & Petr. Frider. Mindan. *de proceſſ. mandat. & monitoriis, libr.* 3. *cap. 7.*

cap. 7. num. 4. Chriſtoph. Schvuanman *lib 1. proceß. Cameral. cap. 67. n. 2.* Si tamen in cauſa fractæ pacis publicę accuſator contra libellum reconventionis non excipiat, admittitur reconventio, Andr. Gail *d. cap. 12. num. 9.* Schvuanman *d. cap. 67. num. 6.*

50. Prædictis omnibus annecti hæc etiam poteſt quæſtio; An Reus fractæ pacis publicæ pendente judicio ante ſententiam per ultimam voluntatem de rebus ſuis diſponere poſſit? Sed quæſtio hæc cùm eleganter tractata & deciſa ſit à Modeſtino Piſtoris *quæſt. 13. part. 1.* & Andrea Gailio *lib. 1. de pace publ. cap. 19.* Tùm etiam Berlichio *concl. 8. part. 3.* nihil attinet in eius diſcuſſionem operam extendere meam.

FINIS.

Digitized by Google

ALTER TRA-
CTATUS,
DE CRI-
MINE PRÆDA-
TIONIS, LATRO-
cinii & incendiario-
rum.

Digitized by Google

Digitized by Google

De crimine prædationis, latrocinii, & incendiariorum.

SUMMARIA.

1. *Prædationis definitio.*
2. *Vis tàm publica quàm privata criminibus connumeratur publicis.*
3. *Differentia inter prædationem & latrocinium.*
Item: Prædones in Iure vocantur etiam malæ fidei poſſeſſores.
4. *Prædatio in quo differat à Rapina.*
Item: Rapina diverſo reſpectu & publicum & privatum eſt crimen.
5. *Pœna prædonum hodiernis moribus pro locorũ conſuetudine varia eſt.*
6. *Pœnâ hâc tenentur quoq; prædonum auxiliatores, & hoſpitio eos recipientes.*
7. *Proponitur Latrocinii definitio.*
8. *Latrocinium fit vel ſolius hominis necandi animo, vel hominis trucidandi & prædandi causâ.*
9. *Latronum alii dicuntur famoſi, alii non famoſi.*

Item:

Digitized by Google

Item: Ad hoc & quis dicatur latro famoſus tria conjunctim deſiderat Anton. Faber.

10. *Ius Aſyli, & beneficium appellationis denegatur latronib. Excommunicantur ter in Anno ore Pontificis. Et poſſunt capi absq; licentiâ judicis.*

11. & 12. *Quæſtio. Utrùm is qui non capit latronem, cùm apprehendere eum poſſet, immunis ſit à pœnâ?*

13. *Latro tormentis interrogari poteſt etiam de aliis criminibus, quam cuius nomine captus eſt.*

14. *An hoc etiam procedat, ſi nulla de his criminibus contra latronem extent indicia?*

Item: Tortura non poteſt adhiberi niſi duo conjunctim adſint.

15. *Latroni denegatur indiciorum copia & defenſio.*

16. *Latro famoſus etiam de Sociis interrogari poteſt.*

17. *Latronem famoſum quilibet impunè occidere poteſt.*

18. *Licet Ordinarius cauſarum criminalium*

Digitized by Google

nalium Iudex non poſſit alii mandare Iurisdictionem ſuam, niſi in caſu abſentiæ, in causâ tamen latrocinii hoc facere non prohibetur.

19. *Latrones famoſi etiam die feriatâ torqueri poſſunt.*

20. *Contra latrones Iudex procedere poteſt ordine judicii non ſervato.*

21. *An latrones etiam die in honorem Dei feriato legitimâ affici poſſint pœnâ?*

22. & 24. *Quænam pœna conſtituta ſit in latrones.*

23. *Latrones ubicunq; reperiuntur puniri poſſunt.*

25. *Quæſtio. Num famoſus dicatur latro ut pœnâ ordinariâ damnari poſſit, qui ſub diverſis Juriſdictionibus tria commiſit latrocinia, & horum unum ſub Iurisdictione judicis, ſub quo captus fuit?*

26. *Quæſtio. Annè, ut locus ſit pœnæ criminis latrocinii ordinariæ, requiratur ut pro uno aut altero latrocinio non conſummato, ſed tentato ſolùm, leviter punitus ſit anteà latro?*

Digitized by Google

27. *Latronum non famoſorum pœna quæ ſit.*

28. *Homicidium ex iracundiâ commiſſum gladii pœnâ coercetur.*

29. *Pœnâ latrocinii tenentur etiam qui occultârunt latrones, ſeq; illis aſſociârunt, aut pecuniâ, parteve ſurreptorum acceptâ, eosdem dimiſerunt.*

30. & 32. *Extra ordinem puniuntur qui receptârunt latrones, eosq; Iudici offerre ſuperſederunt.*

31. *Differentia inter publica & extraordinaria crimina.*

33. *Dicendum videtur ex l. 1. vers. & præcipitur, ff. de receptatorib. latronum receptatores eâdem pœnâ quâ ipſi latrones plectendos eſſe. Sed contrarium verius ut n. 34. & 35.*

36. 37. & 38. *Recipiens & conſervans Agnatum vel affinem ſuum latrocinii reum, an impunitus relinquatur?*

39. *Pœna latronibus deſinita, an pertineat etiam ad Nobiles hoc crimine ſepolluentes?*

40. *Negativam huius quæſtionis ſuadere videtur l. 3. §. legis Corneliæ, ff. ad leg. Corn. de ſicar.*

41. & 42. *Affirmativæ ſententiæ fundamenta.*

43. *In locum deportationis ſucceſſit Bannum Imperiale.*

44. *Doloſus homicida nobilis aliâ quâm banni pœnâ plectendus venit.*

45. *Hominem occidens, putà Mævium, cum alium, putà Titium occidendi animum haberet. An homicidii pœnâ teneatur?*

46. *Ut ordinariæ homicidii pœnæ locus ſit, duo conjunctim deſiderantur.*

47. *Ambulans cum telo hominis necandi causâ tenetur ordinariâ legis Corneliæ pœnâ.*

48. *Diluuntur argumenta quibus probari videtur, occidentem alium pro alio evadere pœnam legis Corneliæ.*

49. *Titium percutere volens, ſi ipſum Titium & alium ſimul occidat, & voluntarium & culpoſum admiſiſſe dicitur homicidium.*

50. *Quæſtio. Utrùm is, qui in ſuum inimicum miſerit telum, at non ipſum, ſed alium intervenientem necaverit, ordinariâ homicidii teneatur pœnâ?*

51. *Culpâ aliquem offendens arbitrariè punitur.*

52. *Incendium contingit vel dolo, vel culpâ, vel caſu.*

53. *Doloſum incendium quod dicatur.*

54.56.57.58.59.60.61.62.66. & 67. *Quâ pœnâ vindicetur incendium doloſum.*

55. *Per capitis pœnam in l. ſi quis dolo, ff. ad leg. Cornel. de ſicar. ſignificatur ultimum ſupplicium.*

63. *Commoda judicatur Dd. diſtinctio illa inter incendia in oppido commiſſa, & ea quibus caſa aut villa conflagratur extra civitatem.*

64. *In diſquiſitione criminis incendiariorum, per Civitatem & oppidum ſignificatur etiam pagus.*

65. *In puniendis incendiariis Doctores rectè diſtinguunt inter reos qui humili ſunt loco, & eos qui honeſtate præditi ſunt.*

68. Or-

Digitized by Google

68. *Ordinatio criminalis Carolina art.* 125. *Ignis pœnā incendiariis imponens, quomodo intelligenda.*

69. *Caſam aut villam incendens, arbitrariè punitur.*

70. *Rejicitur opinio Rauchbari exiſtimantis hunc incendiarium amputatione manus puniendum eſſe.*

71. *Diſtinctio inter magnum & parvū incendium quoad pœnā inſtigendam parvi eſt momenti.*

72. *Vueſembecius nonnullas Interpretū de pœnâ incendiariorum diſtinctiones omninò rejicit.*

73. *In Electoratu Saxoniæ omnes incendiarii ſine diſcrimine ordinariâ ignis afficiuntur pœna.*

74. *Deponentes alicubi materiam incendio commodam, putà linteas cū pulvere, &c. Incendiariorum tenentur pœnâ.*

75. *Auxiliatores quoq; incendiariorum, & ſcientiam habentes huius criminis, ordinariâ digni judicantur pœnâ.*

76. *Incendiarii Jure Canonum excommunicantur.*

Digitized by Google

77. *Incendium quando latâ culpâ excitatum intelligatur.*

78. *Circa pœnam incendii latâ culpâ excitati Dd. variant.*

79. *Iacob. de Arena exiſtimat pœnam mortis converti poſſe in hunc incendiarium.*

80. *Hanc opinionem improbat quidem Bald. Sed nititur ratione ſatis infirma.*

81. *Pœnā corporalem citra tamen mortem imponendam eſſe incendiario, qui lata culpa incendium fecit, ſentiunt nonnulli Dd.*

82. *Non verò membri abſciſſione coerceri poteſt hic incendiarius, licet vilis ſit perſona.*

83. *Pleriq. Dd. rectius exiſtimant Iudicis arbitrio puniendum eſſe hunc incendiarium.*

84. *Illud Iudicis arbitrium conſiſtit quoque in conniventiâ quâdam propria vindictæ.*

85. 86. & 87. *Quid ſi hic incendiarius aufugiat, aut deliteſcat, & poſteà revertatur, quânam pœnâ afficiendus erit?*

88. Incen-

Digitized by Google

88. *Incendiarius iſte tenetur etiam vicino ad damnum, ipſo incendio illatum.*

89. & 90. *Qua actione perſequatur damnum incendio illatum.*

91. *Pars læſa contra incendiarium conjunctim ad pœnam pecuniariam Fiſco applicandam, & ad emendationem damni agere poteſt.*

92. *Quod etiam procedit in crimine fractæ pacis publicæ.*

93. *Quomodo probetur damnum incendio illatum.*

94. *Levi culpâ quando incendium dicatur excitatum.*

95. *Recenſentur ſpecies quædā levis culpæ.*

96. & 87. *Incendiarius levi culpâ incendium cauſans, ad quid teneatur.*

98. *Si incendiarius hic ex inopia non poſſit præſtare damnum, modicè vindicatur ipſius culpa.*

99. *Quænam ſit iſta levior caſtigatio.*

100. *Leviſſimâ culpâ excitans incendium, tenetur etiam ad damni reparationem.*

Animum

ANimum induxi meum poſt diſfidationis tractatum tribus de criminibus, & maximè de ipſorum pœnis, Jura noſtra ſuccinctè exponere: Unum de prædatione Von Rauberey. Alterum de latrocinio, Tertium de crimine incendiariorum. Tùm quia diffidatores plerumque hoſtiliter deprædationes, latrocinia, & incendia minantur; tùm etiã quia bellicoſis hiſce temporibus ocioſi quidam milites non modò deprædationibus miſerè tractant peregrinantes, ſed & incendiis ruſticorum ædes, quin etiam integros interdum pagos & oppida ſceleratè conflagrant.

Primùm autem de crimine prædationis, & maximè de illius pœnâ agam, pòſt de latrocinio dicam, & tandem de incendiariis ediſſeram.

1. Prædatio eſt crimen publicum, quo ſceleratus aliquis nefariè hominem citra eius internecionem bonis ſpoliat, id quod plerumque fit in Sylvis, Saltibus, aliisque locis male-

Digitized by Google

maleficio huic commodis, *l. capitalium 28. §. graſſatores 10. ff. de pœnis* Panorm. *in c. inter alia, num. 5. Extr. de immunitate Eccles.* Bart in *d. l. capitalium 28. §. famoſos, num. 1. & 2. ff. de pœnis*, Jodocus Damhouder. in *prax. rerum crimin. cap. 102. num. 1.* In citatâ jam lege Calliſtratus ICtus Graſſatores, ait, qui prædæ causâ aggredi & ſpoliare inſtituerunt.

Quod autem publicum ſit crimen ipſa deprædatio ex eo cognoſcitur, quòd non niſi vi adhibitâ committitur, & vis tàm publica quàm privata criminibus connumeratur publicis, *l. 1. ff. de publ. judic.* & *§. item lex Julia de vi, Inſtit. eod.* Accedit, quòd deprædatio proxima eſt latrocinio, *d. l. capitalium 28. §. graſſatores, ff. de pœnis.* Latrocinium autem indubitatè publicũ eſt crimen. Adponit quoq; publicis criminib. deprædationem Damhouder. *in prax. rer. crimin. cap. 60.* Ipſo igitur genere differt deprædatio à rapinâ, ut etiã paulò pòſt dicetur. 2.

Etſi

Etſi verò prædatio à latrocinio differat, ut arguit text. *in l. hoſtes 18.* ibi, latrones aut prædones, *ff. de verb. ſign. l. ſuccurritur 9. ff. ex quib. cauſ. major.* & *in d. l. capitaliū 28. §. graſſatores*, ibi, proximi latronib⁹, & §. *famoſos latrones*, ibi latrones homicidia feciſſet, *ff. de pœn. l. in ratione 30. in princ. ff. ad leg. Falcid.* & patet ex eo, quòd in Ordinatione criminali Caroli V. articul⁹ 126. Straff der Räuber diſtinguitur ab articulo 137. Straff der Mörder/ vnd Todtſchläger: Ipsā tamen deprędationē ſimplex vocat latrocinium Bartholomæus Cœpolla *in Auth. ſed novo Jure, C. de ſerv. fugit.* & eū ſequutus Damhouder. *in d. cap. 102.* ubi, *n. 1.* prædationem definit, cum quis aliquem furtim & vi citra mortem bonis ſpoliat.

3. Prædationis igitur crimen à latrocinio illud differt, quòd prædatio fit abſque occidendi animo, latrocinium verò cum homicidio conjunctum eſt, *d. l. capitalium 28. §. famoſos latrones*, ibi, in quo latrones homi-

homicidia feciſſent, *ff. de pœnis.* Decian. *tract. crim. lib. 9. cap. 30. num. 37.* utrique tamen prædones & latrones in Jure noſtro vocantur graſſatores, *d. l. 28. §. graſſatores, & d. §. famoſos*, ibi latrones in his locis, ubi graſſati ſunt, *ff. d. t*, Graſſari enim illi propriè dicuntur, qui ex inſidiis cum impetu gradiendi viatores adoriuntur. Latrones verò ex eo appellantur, quòd à latere ſive latenter homines adoriuntur, iisque inſidiantur, ut docet Varro de linguâ latinâ, & eum ſequutus Decianus *d. cap. 28. nu. 4.* Unde Brechæus latrones dictos putat quaſi laterones, quod ut dixi à latere, ſive latenter adoriuntur homines.

Poteſt ergò aliquis & prædo & latro eſſe: prædo ſi ſpoliet, latro ſi renitentes occidat, Decian. *tract. crim. lib. 9. cap. 30. n. 7. & 18.*

Interdum verò Prædonis nomine in Jure noſtro ſignificantur etiam quicunq; malâ fide rem alienam poſſident, licet non vi rapuerint

rint eam, *l. ſed etſi lege §. ult. ff. de petit. hered. l. ult. C. unde vi*, Menoch. *de recuper. poſſ. Remed. 1. num. 110.*

4. A prædatione differt quoq; Rapina, de quâ *in Tit. Inſtit. de Obl. ex quaſi delict. in princ.* ibi Rapina & *Tot. Tit. ff. vi bonor. rapt.* Quibus ex locis intelligitur, quòd rapina ſit privatum delictum, atq; ita toto genere differt à prædatione. Sed privatũ delictum eſt ex jure Prætorio. Ex alio Jure eſt quoq; publicum crimen, *l. 2. §. 1. & §. ſi in re 24. ff. vi bonor. raptor.* Priori loco Ulpianus ICtus, Hoc edicto ait, contra ea quæ vi committuntur, conſuluit Prætor. Nam ſi quis vim ſe paſſum docere poſſit, publico judicio de vi poteſt experiri, neq; debet publico judicio privatâ actione prejudicari. Et quòd ſępè ex uno facto privatum & publicũ competat judiciũ, patet etiã ex *l. unic. C. quando civilis actio præjud. crimin. & l. 4. ff. de publ. jud.*

5. Quod ad pœnam prædationis & prædonum attinet; Jure Juſtinianeo

neo capite puniuntur prædones, utique ſi ſæpius, atque in itineribus hoc ſcelus admiſerint prædones, cæteri in metallum dantur, vel in inſulam relegantur, *d. l. capitalium 28. Graſſatores. ff. de pœnis.* Sanctio autem Carolina ultore ferro eos perſequitur, vel aliâ pœnâ pro loci conſuetudine, mortis tamen ſupplicio multare jubet, Peinliche Halßgerichts Ordnung Kayſer Carls deß Fünfften *d. art. 126.* his verbis: Ein jeder boßhafftiger vberwundener Rauber / ſoll nach vermög vnſer Vorfahren / vnd vnſer gemeiner Kayſerlichen Rechten / mit dem Schwerdt / oder wie an jedem Ort in dieſen fällen mit guter gewonheit herkommen iſt / doch am Leben geſtrafft werden. Non omnium locorum una eſt lex vel conſuetudo de prædonum pœnis. Jure Saxonico ſimplices prædones puniuntur gladio, & rotæ imponuntur, Landtrecht lib. 2. artic. 13. ubi diſponitur, Wa Straſſenraub ohne Mordt geſchicht / wirdt daß Schwerdt erkandt /

vnd dann der Leichnam auff das Radt gelegt/er hab vil oder wenig bekommen. In Germania plerumque gladio, alicubi etiam rotâ coercentur; In aliquib. etiam locis, in patibulo fune ſuffocantnr. Nonnullis in provinciis in terrorem majorẽ ocreati, & calcaribus ad pedum calces alligatis ſuſpenduntur, werden in Stiffel vnd Sporen auffgehenckt/ ut teſtatur Abraham. Sauwer in ſeinem Straffbuch/ Tit. Von Straff der Räuber. Sed poſtremam hanc conſuetudinem intelligo de iis prędonibus, qui ocreati, & calcarib. inſtructi deprehenſi ſunt. Collegium Facultatis noſtræ, cùm non ita pridem de quodam prædone, qui etiam furta quædam ſed levia adminiſerat, & virginem honeſtam à domo paternâ non invitam abduxerat, cùm de horum criminum pœnâ conſuleretur, reum ad gladii pœnam damnandum, & corpus ipſius rotæ imponendum conſulentibus reſpondit. Nuper etiam

in

in quendam prędonem ferro ultore animadvertendum judicavit.

Non ſolùm autem ipſi principa- 61
les Rei huius criminis ita puniuntur, ſed & qui eos hoſpitio ſcientes, volentes exceperunt, vel opẽ præſtiterunt *l. 1. ff. de receptatoribus & l. 1. C. de his, qui latrones vel aliis criminib. reos occultaverint.*

Eſt & illa pœna prædonum, qui itinera frequentant, & publicas ſtratas obſidẽt aggreſſionis inſidiis, quò ipſis aſyli jus denegatur, *Novell. 17.* unde ad Eccleſiam confugiẽtes ab eâ extrahi impunè poſſunt, *c. inter alia, Extr. de immunit. Eccleſ.* licet alterius criminis reos, paucis exceptis, ad Eccleſiam confugientes, ſi quis ab eâ extrahere auſus fuerit, Maieſtatis crimine retinendus erit *l. 2. C. de his, qui ad Eccleſ. confugiunt.*

Ideò autem eiusmodi pœnæ in prædones illos Juris authoritate comparatæ ſunt, quòd niſi ita in eos animadverteretur, publicę vię paſ-

ſim prædonibus obſiderentur, nec cuiquam tutum eſſet, quoquam ſe recipere. Damhoud. *in prax. crimin. cap. 102. num. 7.*

7. Et tantũ de prædatione, & prædonibus, à quibus differt latrocinium & latro, ut antea oſtendi. Latrocinium eſt crimen publicum, quo quis telo quodam ex doloſo & inſidioſo propoſito aliquem trucidat, aut trucidare conatur. Dico crimen publicum; Lex enim Cornelia de ſicariis, quæ homicidia punit, eſt judicii publici, *l. 1. ff. de publ. jud. junct. Tit. ad leg. Corn. de ſicariis, &* §. *Item lex Cornelia de ſicariis, Inſtit. de publ. Iudic.* Et quòd publici ſit judicii latrocinium, & quilibet de populo accuſare latronem poſſit, contra Baldum & Jaſonem ſcribit Decianus *tract. crim. lib. 9, cap. 30. n. 36.* Dico telo quodam. Eſt autem telum omne id, quo hominis nocendi causâ quis utitur, putà ferrum, lignum, lapis, gladius, fuſtis, & omnis generis arma. *l. ſi calvitur 233. §. telum*

ff. de

ff. de verb. ſignif. §. item lex Cornelia, §. telum autem, Inſtit. de publ. judic. §. recuperandæ, verſ. qui autem aliquem, Inſtit. de interdict. l. 4. §. lex duodecim. tabular. in fin. ff. ad leg. Aquil. & d. l. 1. in princ. ff. ad leg. Corn. de ſicar. Dico ex doloſo & inſidioſo propoſito, ad differentiã homicidii, quod fit defendendi corporis proprij causâ, vel caſu fortuito, vel culpâ, vel calore iracundiæ, *l. perſpiciendum 11. §. delinquunt, ff. de pœnis.* Dico poſtremò aut trucidare conatur, per text. *in l. 2. l. 3. l. 4. & is qui cum telo 7. C. ad leg. Cornel. de ſicar. l. 2. C. quando liceat unicuiq. ſine judice ſe vind.*

Eſt autem duplex latrocinium, 8.
fit enim vel ſolius hominis necandi animo, vel hominis trucidandi, & prædandi causâ *d. l. capitalium 28. §. Graſſatores, & §. famoſos, ff. de pœnis.* Idq; committitur vel terrâ vel mari, *l. 3. §. labeo, verſ. nec enim minus, ff. de incend. ruinâ naufrag.* Qui in mari latrocinantur & prædantur, propriè dicuntur piratæ, *l. in rebus 18. in*

 princ.

princ. ibi piratarum inſidias, *ff. commodati.* Nomen autem piratæ dictũ volunt à græco πεῖρα, quod fraudem dolumque ſignificat, cùm piratæ fraude & dolis hominum vitæ & bonis inſidientur, vel à πείρω, quod eſt tranſeo, ſive transfreto, vel à quodam Piro, qui primus dicitur mare latrociniis infeſtaſſe, Decian. *d. cap. 30. num. 43.*

9. Sunt præterea latrones alii famoſi, & inſignes, alii non famoſi, *d. l. capitalium 28. § famoſos latrones, ff. de pœnis.* Famoſi latrones dicuntur qui ſæpius latrocinia & prædationes commiſerunt. Non famoſi latrones ſunt, qui unicâ tantùm vice latrocinium & prædationẽ patrarunt, *d. l. capitalium 28. §. graſſatores,* ibi, utique ſi ſæpius, *&* §. *famoſos,* ibi, latrones homicidia feciſſent *ff. d. t.* Ang. *conſ. 403. ſuper prædicto.* Paris de Puteo *in tract. Syndicatus*, *verſ. latro, cap. 3. num. 1. verſ. an ſi fiat inquiſitio,* Decian *dict. tract. crim. lib. 9. cap. 30. num. 12. & 14.* Anton. Faber *in Codic.*

Fa-

Fabrian. ad Tit. Cod. de pœn. definit. 7. in fin. Qui ad hoc, ut aliquis dicatur latro famoſus hæc tria deſiderat conjunctim, I. ut ferro ſit aliquem aggreſſus; II. ut ſpoliaverit quendam; III. ut ſæpius in itineribus ſive viis publicis hoc admiſerit. Sed primum illud de ferro nimis eſt anguſtum, cùm & alio quodam telo ſcelus hoc committi poſſit; Loquitur quidem de ferro Calliſtratus JCtus *in d. §. graſſatores*, ſed ex ſpecie illâ per Synecdochen ſignificat omne teli genus, quo quis occidi poteſt. Et rectius Damhouder. *in prax. rerum crim. c. 86. num. 1.* Latrocinium, ait, vocamus illud homicidium, quo aliquem latenter & furtim per vim ſpoliant, & ſpoliis nequaquam contenti, inſuper occidunt, aut ſaltem animo occidēdi exgrediuntur.

Sunt autem ſingularia quæ- 10
dam circa latrones in odium ipſorum recepta, Jus aſyli denegatur ipſis, *d. c. inter alia, Extr. de immunit. Eccleſ. cap. 1. Extr. de homicid. can. ſicut*

Digitized by Google

antiquitus 17. *quæſt.* 4. Farinac. latè *tract. crim. libr.* 1. *Tit.* 4. *de carcerib. & carceratis, quæſt.* 28. *num.* 50. Andr. Gail *lib.* 1. *obſerv. pract. obſ.* 48. *num.* 16. Excommunicantur ter in Anno ore Pontificis, Andr. Siculus *in c. cum ſit generale, num.* 240. *Extr. de foro competente*, Decian. *dict. cap.* 30. *num.* 11. Et licet criminis reus appellãdi jus habeat, & pro eo tertius aliquis appellare poſſit Juſtinianeo Jure, *l. nõ tantùm* 6. *l. conſtitutiones* 16. *ff. de appellat. l. eos.* 6. *§. ſuper his, l. minimè* 12. *l. addictos* 29. *C. d. t. l. qui a latronibus* 13. *§. ult. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Latronibus tamen famoſis & inſignibus appellãdi facultas denegatur, & ſi appellent ipſi, appellatio ſententiam non ſuſpendit: Hos enim damnatos ſtatim puniri publicè intereſt, *d. l. conſtitutiones* 16. *in fin. ff. de appellat.* Andr. de Iſernia *ad Tit. quæ ſint Regalia, lib.* 2. *Feud. in verb.* bona committentium *col. pen. & in Tit. de pace tenendâ, §. publici latrones lib. eod. Feud.* Paris de Puteo *in tract. Syndicatus in verb.* latro,

Carer.

Carer. *in pract. crim. in princ. cas.* 18. *num.* 1. *mihi pag.* 30. *fac.* 2. Farinac. *tract. crim. Tit. de variis & diverſ. crim. quæſt.* 101. *num.* 53. In his ergò latronibus procedit maximè conſuetudo Germaniæ de non recipiendis appellationibus in causâ criminali, de quâ conſuetudine Ordinatio Cameralis *part.* 2. *Tit.* 28. §. Item nach dem. Fürſtl. Württemberg. New Landtrecht *part.* 1. *Tit.* 65. *verſ.* daß von Erkandter. *pag.* 185. Andr. Gail *lib.* 1. *obſerv.* 28. Mynſing. *cent.* 4. *obſ.* 41. *& ſeq.* Weſemb. *in paratit. ff. de appellat. recip. vel non.* Et opinio quorundam exiſtimantiũ, conſuetudinem illam non eſſe generalem, inter quos eſt Erneſt. Cothman. *reſp.* 14. *num.* 8. *& ſeqq. & reſp.* 16. *num.* 1. *& ſeqq. libr.* 1. Moller. *lib.* 4. *Semeſtrium, cap.* 33. *num.* 1. *& cap.* 43. *in princ.* Andr. Rauchbar *quæſt.* 8. *num.* 45. *part.* 2. non procedit in crimine famoſi latrocinij.

Eſt & illud in odium famoſorum latronum receptum, quòd abſque ſpeciali Judicis licentiâ & mandato

capi poſſunt, ut ſcribit Speculator *in Tit. de accuſat.* §. 1. *verſ. hoc tamen fallit*, & Decian. *tr. criminal. libr. 9. cap. 30. num. 8.*

Sed Johann. Faber *in l. 2. C. de his qui latrones*, ſcribit, quòd quis non poſſit propriâ autoritate capere latronem non repertum in flagranti crimine, & quando non eſt requiſitus ab executore. At verior eſt aiens opinio, cùm enim quilibet impunè occidere poſſit famoſum latronem, ut poſtea oſtendam, cur non etiam capere ipſum poſſet & ad judicem ducere autoritate propriâ?

I. I Sed quæri hîc poteſt, an quis apprehendere latronem teneatur, eumq́; ad judicem ducere, ſi ipſum capere poſſit, & ſi eum non apprehenderit, & ad judicẽ duxerit, pœnæ obnoxius ſit? Quidã affirmant, ut Bald. *in l. 1. in princ. C. de his qui latrones occultaverint*, ubi dicit, quòd ille, ad quem latro confugit, tenetur ipſum apprehendere, & tradere in manibus Curiæ, aliâs punitur

pœnâ

pœnâ arbitrariâ, Alberic. quoque idem ſentit, *in d. l.* 1. *verſ. item facit hæc lex, C. d. t.* & Bonifacius Vitellin. *in Rubric. de receptatorib. fur. num. 8. v. ille autem, & num. 11.* generaliter dicit, quòd quilibet teneatur malefactorem capere, & ad Judicem ducere, aliâs puniatur extraordinariè pœnâ pecuniariâ, conſentit etiam Ludou. Carer. *in pract. crimin. Rubr. de homicidio, & percuſſione, cap. 15. vers. poſt verò maleficium num. 26. mihi pag. 129.* ubi ſcribit, quòd pœnâ relegationis teneatur, qui non capit malefactorem, cum eum apprehendere poſſet. Quod autem de non capientibus latrones hîc dicimus, ad alios criminis reos extendi non debet, ut ſentit Farinac. *d. Tit. 15. de conſultoribus quæſt. 133. num. 82. in fin.*

• At non deſunt, qui arbitrantur immunem eſſe à pœnâ eum, qui non apprehendit hunc latronem, ſed eum liberè dimiſit, niſi acceptâ ab eo pecuniâ, vel parte prædæ, ita ſentit Gloſs. *in fin. verb.* accepta *ff. de* 12.

rece-

receptatorib. ubi rectè ſic declarat textum illum, ut ſcil. procedat quando dimiſit latronem pecuniâ corruptus, aut parte bonorũ ablatorum, Bart. quoque in eâdem lege primâ, *verſ. in pari ff. d. t.* ſcribit, quòd qui gratis dimiſit latronem, non puniatur. Eandem tenet opinionem Alberic. *ibid. num. 2.* Et hæc opinio juri magis conſona mihi videtur, cùm opinio contraria certo fundamento deſtituatur, & pœnæ locum non habeant, niſi legis authoritate conſtitutæ ſint, *l. aliud eſt fraus 131. verſ. pœna non irrogatur, ff. de verb. ſign.*

13. Poteſt item famoſus latro tormentis interrogari de alijs etiã criminibus quàm cujus nomine captus, & in carcerem miſſus eſt, ut volunt quos ſequitur Farinac. *tract. crim. lib. 1. Tit. 5. de indicijs & torturâ quæſt. 27. num. 167.*

14. Sed quæritur An famoſus latro de aliis etiã criminibus torqueri poſſit ſine eorundem indicijs? Mirificè hîc variant Doctores noſtri, ut patet

patet ex traditis Farinacij *dict. quæſt. 27. num. 163. & ſeqq.* Ipſe autem Farinacius ibidem *num. 171. & ſeqq.* alijs quibuſdam conſentiens, exiſtimat, latronem famoſum de alijs etiam criminibus, de quibus nulla extant contra eum indicia jure tormentis interrogari poſſe, ſed moderatè: Quod pronunciatum verum puto de ejuſdem generis criminibus, putà de alijs quibuſdam latrocinijs prædæ causâ commiſſis; non de diverſi generis maleficijs, putà de veneficio, lenocinio, ſodomiâ &c. Cùm enim hoc indagandi genus res fragilis ſit, & periculoſa, quæ veritatem ſæpè fallit, l. *§. quæſtioni 23. ff. de quæſtionib.* & proindè cautius circa illud agendum, *cap. ubi periculum 3. Tit. de elect. in 6.* & jure noſtro generaliter diſpoſitum ſit, ne tormentorum quæſtio adhibeatur de aliquo crimine, niſi duo conjunctim adſint, primum quòd crimen aliquod certò ſit admiſſum, idque ex plenis probationibus conſtet, *l. 1. §. item illud,*

lud, ubi Gloſs. *in verb.* locus eſt, *ff. de SCto Silan. l. 1. C. ubi cauſ. fiſcal. l. indè Neratius* 23. *§. ult. junctis duabus legib. ſeqq. ff. ad L. g. Aquil.* Bald. *ad l. ſi quando* 9. *num. 2. C. unde vi*, Farinac. *tract. crim. lib. 1. Tit. 5. quæſt. 38. num. 2.* Deindè ut indicia quædam adſint veriſimilia, de quolibet criminis genere, *l. ſicut 17. in fin. C. ad leg. Corn. de falſ. l.* 1. *§. 1. verſ. ad tormenta, l. unius 18. §. 1. & 2. l. ult. ff. de quæſtionib. l. 3. in princ. l. milites 8. §. oportet C. d. t. c. cum in contemplatione, Tit. de Reg. Jur. in 6.* Peinliche Halßgerichts Ordnung Keyſer Carls deß Fünfften *art. 18. 19. & 20.* ubi disertè cautum: wo nicht zuvor redtlich anzeigung / warzeichē / vermutung / argwohn / vnd verdacht der mißhandtlung / darnach man fragen wolt / vorhanden / vnd beweiſt würden / ſol niemandt gefragt werden. Non puto latronem de alijs criminibus diverſis interrogari tormentis poſſe, niſi de illorum corpore certò conſtet, hoc eſt, niſi reverâ ſint admiſſa, & veriſimilia indicia de illis adſint, quòd

ipſe

ipſe reus interrogandus ea patrârit.

Eſt & illud hîc notandum, 15
quòd latroni famoſo & notorio, ut de cujus latrocinijs in ſpecie conſtat, denegatur indiciorum copia, ut volunt Doctores quos citat Farinac. *Tit. de indic. & tortur. quæſt. 39. num.* 107. *108. & 109.* Et quia à quovis occidi poteſt famoſus latro, ut paulò pòſt dicetur, non mirum quòd ei etiam defenſio denegatur.

Adhæc licet criminis reus de 16
ſociis ſuis regulariter nõ poſſit torqueri *l. repeti* 16. *§.* 1. *ff. de quæſtionibus & l.* 4. *C. d. t. l. ult. C. de accuſat. & l. quoniam C. de teſtib.* Poteſt tamen famoſus latro de ſuis complicibus & ſocijs jure tormentis interrogari, *l. Divus 6. verſ. ſed & caput*, ibi, cùm apprehenderint latrones, interrogent eos de ſociis, *ff. de cuſtod. reor. l. Provinciarũ 10. C. de feriis*, & ita ſentiunt Dd. quos citat & ſequitur Farinac. *tract. crim. Tit de indic. & tortur. quæſt.* 43. *num.* 64. Ratio eſt, tùm quòd latrocinia plerumq; ſolent à complu-

ribus

ribus committi, *d. l. Provinciarum* 10. ibi, ſceleratorum proditio conſiliorum, *C. de ſeryis*. Carerius *in pract. crim.* § *octavum indicium*, *num.* 2. Farinac. *tract. de indic. & tortur. quæſt.* 43. *num.* 64. & 107. Tùm etiam quòd coercitio latronum ad omnium ſalutem pertinet, Farinac. *d. quæſt.* 43. *num.* 67. *junct. num.* 109. Tùm poſtremò quia latrones prædas ſuas inter ſe dividere conſueverunt, Joann. Andr. *in Proemio decretalium*, & ibi Bald. *num.* 49. Unde veriſimile, quòd etiam ſocios criminis pares ſibi eſſe cupiant in pœnâ.

17. Præterea eſt illud quoq; ſingulare in famoſis latronibus, quòd unicuiq; permiſſum eſt impunè occidere famoſum latronem, *l.* 1. & *l.* 2. *C. quando liceat unicuique ſine judice ſe vindicare*, *l.* 4. *C. ad leg. Corn. de ſicar.* *l. itaq;* 4. *in princ. ff. ad leg. Aquil.* Gloſs. *in can. cum homo*, 23. *quæſt.* 5. Jaſon *ad* §. *rurſus*, *num.* 46. & *ſeq. Inſtit. de action.* Decian. *tract. crim. libr.* 9. *cap.* 30. *num.* 9. Et exſpectandum hic non eſt, donec

hec latro ille ſe defendat, quando loca inſidioſa, & latrocinijs infamia obſidet: quia præſtat occurrere in tempore, quàm poſt exitum vindicare, *d. l. 1. C. quand. lic. unicuiq. ſin. jud. ſe vindic.* Et melius eſt corpus ſervari ſanum, quàm poſt illud vulneratum remedium quærere, *l. ult. C. in quibus cauſis in integr. reſtit. neceſſ. non eſt.*

Accedit huc, quòd latrones & piratæ cum patriæ & fidei hoſtibus comparãtur Auth. *navigia ubi* Bald. *C. de furt. & ſerv. corrupt.* quilibet autem patriæ hoſtem impunè occidere poteſt, *l. minimè 35. ff. de religioſ. & ſumpt. funer.*

Eſt & illud ſpeciale in hoc latrocinij crimine quòd licet Ordinarius Judex cauſarum criminalium Juriſdictionem ſuam, niſi in caſu abſentiæ mandare alii non poſſit, *l. 1. verſ. hujus rei, ff. de officio ejus cui mand. eſt Juriſd.* maximè ſi reus ultimo afficiendus ſit ſupplicio, aut membri inciſione, ut oſtendit textus *in No-* 18.

L *vell.*

Digitized by Google

vell. 128. cap. 20. In cauſâ tamen latrocinij etiã quoad damnationem ad ultimum ſuppliciũ propter abſentiam ſuam Judex delegare poteſt alij Jurisdictionem ſuam, ut tenent Cyn. Bart. & Ang. *in l. 1. & ibid.* Alex. *num. 54. ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſd.* Decian. *dict. cap. 30. num. 19.* Ratio eſt, quia inſignis latrocinij cauſa, & ejus expeditio moram non patitur ullam, *d. l. provinciarum 10. 6. de feriis.*

19. Similiter & illud in hoc crimine eſt ſingulare, quòd die quoq; feriato in honorem Dei, latrones famoſi quæſtionibus torturalibus ſubjici poſſunt, ne differatur ſceleratorum proditio conſiliorum, *d. l. Provinciarum C. de feriis.*

20. Accedit & hoc ſpeciale, quòd Judex cõtra latrones procedere poteſt ordine judicij non ſervato, ut per plura concludit Paris de Puteô, *tract. de Syndicatu, vers. latro*, quem ſequitur Decian. *tract. crim. libr. 9. cap. 30. numero 32.*

Sed

Digitized by Google

Sed quæri hîc poteſt, An latrones 21
etiam die feriato in honorem Dei, atq; ita etiam in die Paſchatis legitimâ affici poſſint pœnâ ? Ita quidem ſentiunt Damhouder. *in prax. rer. crim. cap. 86. num. 9.* & Decian. *tract. crim. dict. lib. 9 cap. 30 num. 20.* Verùm nullo certo firmoque argumento; Adducunt hanc in ſententiam *d. l. pen. C. de ferÿs*, Cùm tamen textus ille nõ ſit de puniendis latronibus, ſed tantùm de latronum quæſtionibus & torturâ; quòd ſcil. ipſi die quoq; feriato in honorẽ Dei de ſociis ſuis etiam per cruciatꝰ interrogari poſſint, ne differatur ſceleratorũ proditio conſiliorum, ut textus ipſe loquitur, cui conſentit textus *in l. cuſtodias 12. vers. & feriatis diebus, ff. de publ. jud.* Ad latronum autem interrogationes per tormenta perperàm ducitur argumentum ad puniendos latrones, maximè cùm pœnæ impoſitio moram pati queat, ipſis latronibus in carcere detentis; Et quòd diebus feriatis rei in cuſtodia

auditi & examinati non debeant confeſtim etiam feriato die puniri, ſed ipſorum animadverſio differri; patet ex textu *in l. cuſtodias 12. in fin. ff. de publ. judic.* Imò quod ipſa judicialis cognitio quæſtionum criminalium inhiberi debet diebus feriatis maximè in honorem Dei indictis arguit abundè *l. quadraginta 6. C. de feriis.*

22. Præcipua autem latronum pœna alia eſt in famoſis, & inſignibus latronibus, alia in cęteris latronibus. Famoſi latrones Jure Juſtinianeo furca figuntur, & quidē in his locis, ubi graſſati ſunt, ut & conſpectu deterreantur alij ab iiſdē facinorib⁹, & ſolatio ſit cognatis & affinib⁹ interemptorū eodem loco pœna reddita, in quo latrones homicidia feciſſent: Nonnulli etiā ad beſtias hos damnarūt, *d. l. capitaliū 28. § famoſos ff. de pœnis.*

23. Si tamen alibi apprehenſi & capti ſint, ibidem per Judicem loci illius puniri poſſunt Damhoud. *in prax. rerum crim. cap. 86. num. 7.* Decian.

cian. *Tit. de Inquiſitione quæſt. 7. num. 10.* Cùm enim famoſi latrones à quocunq; poſſint impunè occidi, ut anteà oſtendi, cur non poſſent etiam à quovis Judice ſub cuj⁹ Jurisdictione reperiuntur, puniri, licet ejus jurisdictioni ratione delicti, vel domicilij non ſint ſubjecti? Paris de Puteo *in tract. de Syndicat. in verb.* latro. Follier, *in pract. crim. in verb.* audiantur excuſatores, *num. 166. & ſeqq.* Et abſurdum eſſet latronem puniri à Judice originis vel domicilii, non à Judice in cujus territorio captus fuit latro, cùm nemo in alterius territorio jurisdictionem exercere poſſit, *l. ult. ff. de Jurisdict.*

Jure autẽ Carolino famoſi & inſignes latrones, ut qui ſæpius latrocinia commiſerunt, & prædationes exercuerũt, rotâ tunduntur, & corpora ipſorum mortua ipſi rotæ imponuntur, **werden mit dem radt durch zerſtoßung jhrer glieder vom leben zum todt gericht / vnd fürter offentlich darauff gelegt / Peinliche Halßgerichts** 24.

Ordnung Kayſer Carls deß Fünfften *artic. 137. junct. artic. 192.*

Eandem rotæ pœnam jubet etiam Saxonica Sanctio his latronibus imponi, ut apparet ex conſultationibus Saxonicis *part. 4. quæſt. 55.*

Quibuſdam etiam in Provincijs inolevit, ut rotæ, cui impoſitus eſt famoſus latro, baculi ſive fuſtes juxta trucidatorum numerum adpendantur, quib⁹ commonſtretur prætereuntibus, quot latrocinia commiſerit latro, de qua conſuetudine meminit etiam Damhoud. *d. cap. 86. num. 7.*

25. Non incommodè hoc loco moveri poteſt quæſtio hæc: An famoſus dicatur latro, ut prædictâ pœnâ damnari poſſit, qui non ſub unâ aliquâ Juriſdictione, ſed diverſis ſub Juriſdictionibus tria commiſit latrocinia, & horum unum ſub Juriſdictione Judicis, ſub quo captus fuit? Negativa probari videtur textu *l. ult. ff. de Juriſdict. l. 3. ff. de Offic. Prætor. & Auth. quâ in Provinciâ C. ubi de criminibus*

Digitized by Google

vibus agi oport. Ex quibus locis cognoſcitur, quòd Judex aliquis non poſſit cognoſcere de criminibus extra territorium ſuum commiſſis. Sed aiens pronunciatũ veritati propius videri debet, Tùm quia duo priora latrocinia aggravant illud tertium, ut pro eo poſſit latro dictâ pœnâ cõdemnari: Tùm etiam quia ex reiteratione & frequentiâ delinquendi augetur pœna, *l. 3. C. de Epiſcop. audient. l. 3. vers. ſi plures, ff. de re milit. l. ſervos 8. C. de ſervis fugit. l. 1. C. de ſuperexactoribus lib. 10. l. 2. C. de primicerio, libr. 12. l. 3. C. de domeſticis & protectoribus lib. eod. l. ult. C. de commeatu, lib. eod.* Affirmativam hanc complectitur quoq; Gomez. *tom. 3. cap. 5. num. 8.*

Vocari in quæſtionem poteſt & illud, Annè ut locus ſit rigidiſſimæ huic Carolinæ pœnæ, requiratur, ut pro uno aut altero latrocinio nõ conſummato, ſed tẽtato ſolùm quâdam levi pœnâ, ſalvâ vitâ, affectus ſit anteà latro? Affirmativæ patrocinari videtur textus *ind. l. capitalium* 26.

28. §. *ſolent*, ibi, & aliquoties adprehenſi tractati clementius, in eâdem temeritate propoſiti perſeveraverint, *ff. de pœnis*, *c. cum non ab homine, Extr. de Judic. c. grave, Extr. de præbend. Auth. ut liceat matri & aviæ*, *§. ſin autem*, & *Auth. ſi quis ei*, *C. ad leg. Jul. de adult.* & utrobiq; Doctores.

Negativa autem probabilior videri debet; Tùm quia propter ſolam frequentiam & iterationem aggravatur crimen, & ejus pœna, ut anteà Iuris textib⁹ probavi: Tùm quia textus *in d. l. ſervos 8. §. 1.* ibi, qui bis aut ſæpius violentiam perpetraſſe convincentur, *C. ad leg. Jul. de vi*, requirit ſolùm iterationem criminis ad pœnam aggravandam, & infligendam: Tùm etiam abigeus dicitur, qui ſæpius abegit, licet ſemper unum vel alterum pecus ſurripuerit, *l. ult. ff. de abigeis.* Tùm poſtremò quia textus *in d. l. capitalium 28. §. graſſatores, ff. de pœnis*, requirit, ut ſæpius in itineribus quis graſſatus; & prædatus ſit, nõ exigit ſimul, ut pro

primâ

Digitized by Google

primâ & ſecundâ prædatione graſſator punitus ſit, ut pœnæ ibi definitæ ſit locus. Et quia latrocinium inter atrociſſima numeratur crimina, in quorum pœnâ infligendâ exſpectandum non eſt, donec pro uno atque altero crimine reus aliquando punitus ſit, ſed ſola reiteratio & frequentia ſufficit, ut proximè citati Iuris textus pro negativâ adducti arguunt, ab alijs levioribus criminibus, de quibus affirmativa agit, ad hoc ſceleratiſſimum latrocinij facinus arguendum non eſt.

Cæterùm alij latrones non famoſi, qui tamen ex propoſito, & animo deliberato hominẽ occiderunt, ſimiliter rotâ puniuntur Carolino Iure, *dict. art.* 137. Et ſi quis Dominum ſuum vel cognatũ proximioris cognationis ſceleratè occiderit, aliquot ille pœnis affligitur, putà ignitis forcipibus aduritur, trahæ alligatus ad locum ſupplicii per equos ducitur, & poſtmodum vel caput ipſi præciditur, vel rotâ tunditur, 27.

Digitized by Google

Peinliche Halßgerichts Ordtnung *dict. Tit. 137. vers.* Vnd man in fürgeſetztem mordt.

28. Cæteri homicidæ, qui ex iracundiâ non animo prædeliberato aliquem occiderunt, gladij pœnâ mulctantur, Peinliche Halßgerichts Ordtnung *dict. art. 137. §. item Lex Cornelia de ſicarijs, Inſtit. de publ. jud.*

29. Non ſolùm autem ipſi latrones prædictâ pœnâ plectuntur, ſed & qui eos occultârunt, ſeque illis aſſociârunt, die nicht allein ſelbige bey ſich heimlich verborgen gehalten / ſondern auch mit jhnen gemeinſchafft gehabt / *l. 1. in princ. C. de his, qui latron. occultav.* In pari cauſâ ſunt, qui cum apprehendere latrones poſſent, pecuniâ acceptâ, vel ſurreptorum parte, eos dimiſerunt, *l. 1. vers. in pari causâ, ff. de receptatorib.*

30. Sed alia conditio eſt illius, qui latrones ſciens ſuſcepit, & eos Iudicibus offerre ſuperſedit *l. 1. in princ. ff. de receptatorib. d. l. 1. verſ. & latrones quiſquis, C. de his qui latron. occultav.*

Ho-

Horum enim crimen eſt extraordinarium, non publicum; quale eſt latrocinium, ipſiq; receptatores arbitrariâ plectuntur pœnâ. Extraordinarium eſſe crimen illud patet ex eo, quòd titulus Digeſtorum de receptatoribus ponitur inter extraordinaria crimina, ut & ſub libro nono Codicis Titulus de his qui latrones occultaverunt, qui tamen partim de publico, partim de extraordinario hoc crimine agit, ut & quidam præcedentes Tituli de criminibus tractāt extraordinarijs, veluti Titulus de crimine expilatæ hereditatis, Tit. de crimine ſtellionatus, Tit. de abigeis, & Tit. de Nili aggeribus non rumpendis, Et licet ejuſdem libri Codicis Titulus 33. vi bonorum raptorum, & Tit. 35. de injuriis, privata complectantur delicta, quia tamen delicta privata fieri poſſunt extraordinaria, pro arbitrio ſcil. actoris, ut apparet *ex l. ult. ff. de privat. delict. l. ult.* ibi, etiam extraordinariâ animadverſione, *ff. de furtis*, &

tis, *& l. ult. ff. de injur.* Idcircò hi Tituli adponuntur criminibus extraordinariis.

31. Hoc autem differunt extraordinaria crimina à publicis criminibus, quòd illa pœnam nō habent certam & legitimam, ſed arbitrariam, hoc eſt Conſtitutionibus, aut SCtis arbitrio judicantium relictam, *l. 1. ff. de effractor.* Undè non dicuntur legitima crimina, *l. 3. §. pen. ff. de crimin. Stellionat.* quòd ſcil. certa & legitima pœna eis conſtituta non eſt. Publicis verò criminib⁹, ut quæ ſpeciali quâdam lege publica eſſe jubentur, Juris authoritate certæ & legitimæ pœnæ conſtitutæ ſunt, *l. Manichæos 53. §. 1. C. de hæretic. & Manich. l. 1. & l. 2. ff. de publ. jud.*

32. Quòd autem arbitrariâ plectantur pœnâ, qui latrones receptârunt, eoſque Judicibus offerre ſuperſederunt, evincitur *ex d. l. 1. vers. & latrones, C. de his qui latron. occultav.* ubi imperatores latrones, ajunt, quiſquis ſciens ſuſceperit, & eos offerre Judi-

Judicibus ſuperſederit; SUPPLICIO CORPORALI AUT DISPENDIO FACULTATUM PRO QUALITATE PERSONÆ, ET JUDICI[illegible]ATIONE PLECTIT [illegible] Imperatorum verbis no[illegible] ipſis latronum receptator[illegible] legitima pœna, ſed ipſa p[illegible]rio Iudicis relinquitur, ita [illegible] ut vel corporalis ſit, vel pec[illegible].

Sed dicendũ vid[illegible]r receptatores eâdẽ pœnâ plectendos eſſe, quâ ipſi latrones, proindeq; legitimâ, & ordinariâ pœnâ, *per text. in d. l. 1. vers. & præcipitur, ff. de receptatorib.* ubi Marcianus ICtus, Et, ait, præcipitur, ut perindè puniantur (receptatores) atq; latrones. Hoc ICti reſponſum effecit, ut diverſas in ſentẽtias abierint Interpretes Iuris. Quidam arbitrantur, receptatores latronum puniri eâdem pœnâ, quâ ipſimet coercentur latrones, per adductum modò text. *in d. l. 1. vers. & præcipitur, ff. de receptator.* Alij exiſtimãt, latronum 33

rece-

receptatores extra ordinem puniri Iudicis arbitrio, vel ſupplicio corporali, vel diſpendio facultatum; per text. *in d. l. 1. vers.* & *latrones quiſquis, C. de his qui latron. occultav.* De hâc varietate Interpretum meminit Farinac. *tract. crim. Tit. 15. de conſultorib. quæſt. 135. num. 77. & ſeq.*

34. Poſterior autem opinio hæc probanda mihi videtur, cui non obloquitur text. *in d. l. 1. in princ.* ibi, ut perindè puniantur, atq; latrones, *ff. de receptatorib.* Aliud enim eſt, puniri perindè, atq; latrones, aliud puniri pari pœnâ, quâ puniuntur latrones, ut & Gloſſa ſentit in *d. l. 1. in verb. latrones, ff. de receptatorib.* Hanc Gloſſæ intellectum ſequitur quoq; Bart. ibidem, ut & Alberic *num. 2. & ſeq.* Et quòd Iudicis tantùm arbitrio coerceatur latronũ receptator tradit quoq; Ang. *dict. loco, in princ.* tùm etiã Auguſtin. Ariminenſis ad Ang. Aretin. §. *dicto maleficio aſtitit, num. 23. vers. adde tamen quòd Gandinus, mihi pag.* 214. Conſentit etiam Ant. Gomez. *Tom. 3. c. 5. num. 16.* Non

Non deſunt tamen, qui in *d. l.* 1. *verſ. & latrones, C. de his qui latron. occultav.* verba Supplicio Corporali, intelligunt de eo, qui latrones ſcienter receptavit; at verba Dispendio Facultatum pro Qualitate Personæ, et Iudicis Æstimatione, accipiunt de eo, qui non revelavit latrones, quos adeſſe, & graſſare ſcivit, ſed eos Iudici non denunciavit; ita ſentiunt, quos refert & ſequitur Farinac. *Tract. crim. Tit.* 15. *de conſultatoribus quæſt.* 133. *num.* 79. *& ſeq.* 35.

At quia Imperatores *in d. l.* 1. *C. d. t.* diſertè diſtinguunt inter eum qui criminis reos occultavit, eoſq; ſibi ſociavit, diſtinguunt inquam ab illo, qui latrones ſciens ſuſcepit, eoſq; Iudicibus offerre ſuperſedit, ineptè profectò verba illa, Aut Dispendio Facultatum intelligũtur de pœnâ illius, qui non revelavit latrones, ſed ut ipſa verba clarè oſtendunt, intelligenda ſunt ſimiliter de ipſis latronum receptatoribus, non offe-

Digitized by Google

offerentibus eos Iudici, & conjunctio AUT diſtinguens inter pœnas referenda eſt ad Iudicis arbitrium, quo æſtimet, num corporali ſupplicio, vel diſpendio facultatum puniri debeant latronum receptatores, qui ipſos Iudici offerre omiſerunt.

Qui autē receptatores & occultatores latronū ſeſe aſſociarunt ipſis, & prædę participes fuerunt, æquum eſt, ut eâdem plectantur corporali pœnâ, quâ ipſi latrones, per text. *d. l. 1. in princ. C. de his qui latron. occultav.* Sentit idem Gloſſa ibidem in verb. Eos, Ut & Alberic. *in d. l. 1. num. 2. & seqq. ff. de receptatorib.* tùm Ant. Gomez. *Tom. 3. cap. 5. de furto, num. 16.* & Farinac. *d. Tit. 15. de conſultatorib. quaſt. 133. num. 90. & ſeq.* Iure quoq; Saxonico *lib. 2. art. 2.* illi etiam qui latrones receperunt, illiſq; opem tulerunt, & prædam ipſorum occultarunt, eâdem plectuntur pœnâ, quâ ipſi latrones, ut ſcriptum legimus *part. 4. conſultationum Saxonicarum, quaſt. 55.*

93. Illud tamen hîc omittendum non

eſt, quòd js, qui pietate motus agnàtum vel affinem ſuũ latrocinij turpitudine fœdatum ſuſcepit, & conſervavit, abſolvendus quidem non ſit, haud tamen ſeverè admodum puniendus, cùm non par ſit eorum delictum, & illorum, qui nihil ad ſe pertinentes latrones recipiunt, *l. 2. ff. de receptatorib.* Cujus legis textum aureis ſcribendum eſſe literis ait Tiraquell. *Tract. de pœn. temperandis aut remittendis, cauſ. 20. num. 1.*

Ideò autẽ clementius agendum cũ his, qui affines aut cognatos ſuos latrones receptarũt, quia ignoſcendũ eſt illis, qui pro ſuis tuendis conſilium capiunt, *l. nec in ea 22. §. ult. ff. ad Leg. Jul. de adult. l. qui cum uno 4. §. ult.* ibi, datur venia affectioni parentum & affinium, & *l. milites 13. §. ult. ff. de re militari.* Et ut cuiq; proprium ſanguinem quomodocunque redimere licet, *l. 1. ff. de bonis eor. qui ante ſentent. mort. ſibi conſciv.* ita quoq; cognatis maximè proximioribus ſubveniendum eſſe naturalis ſuadet ra-

tio, Iacob. Ayrer. *Tract. de homicid. part. 1. num. 202. & ſeqq.*

37. Sed quæ extraordinaria pœna clementior convertenda ſit in eum, qui cognatũ vel affinem latronem receptavit, quæri hîc poteſt? Mulctam autem pecuniariam in ipſum decernendam pro modo delicti & facultatum ſentit Bonifacius de Vitellinis *in practic. crimin. Tit. de receptatorib.* pro quâ ſententiâ facit *l.* 1. ibi, aut diſpendio facultatum, *C. de his qui latron. occultav.* Iure etiam Saxonico eadem pœna pecuniaria in receptatores latronum cognatorum & affinium definita eſt, *lib. 3. artic. 23.* Niſi receptatores opem prçſtiterint latronibus, ut oſtendit textus *artic. 72 lib. 2.*

38. Quod autem de cognatis hîc dicimus, an ſit intelligendum de cognatis tantùm legitimis, vel etiam de parentibus, & liberis, itemq; cognatis naturalibus non legitimis, in quæſtionem vocari hîc poteſt? Et quia par affectio cuique eſt erga hos

etiam

etiam, & natura differentiam inter legitimos, & naturales non agnoſcit, *Novell. 73. cap. 1. vers. neq; enim à principio, Novell. 89. cap. 9. vers. ſicut enim*, affectio item & voluntas ex jure conſideratur naturali non civili *l. hos accuſare 12. §. in omnibus, vers. ult.* ibi, natura eſt communis, *ff. de accuſat.* Id quod de legitimis cautum eſt Iure cognatis, exaudiendum quoq; de naturalibus, ut ſcribit Tiraquell. *d. tract. de pœn. temper. aut remitt. n. 12.*

Eſt & illud hîc diſquiſitionis non 39. contemnendæ, an pœna quæ in latrones & eorum receptatores Jure definita eſt, ad Nobiles etiam pertinere videatur? Affirmativa placet Julio Claro *lib. 5. ſentent. §. homicidium, num. 18. in fin.* ubi addit, quòd practica opinionem hanc ajentem recepcrit. Approbat eandem Damhouder. *in praxi rerum crim. cap. 67. numero 21. & ſeq.* Ut & Roland. à Valle *conſ. 57. num. 2. vol. 4.* Item Ang. *in l. 3. §. legis Corneliæ, ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* Farinac, *de pœn. temper. quæſt. 98. num. 108.*

 loquun-

loquuntur hi omnes generaliter de homicidâ voluntario, ſentiunt igitur idem etiam ſpecialiter, & multò magis de latrone. Et hanc opinionem Juri conſonam eſſe evincitur ex *l.3*: ibi homicida quod fecit, ſemper expectet, *C. de Epiſcop. audient.*

Confert eodem; quòd reatus omnem honorem excludit, *l. 1. vers. omnem enim*, ubi Gloſſa *in verb.* excludit, *C. ubi Senator. vel Clariſſ.* Accedit & illud, quòd Jure etiam naturali & Divino homicida mortis pœnâ affici jubetur; Exodi *21.* Levit *24.* Numeri *35.* Matthæi *26.*

Cum ergò Jus naturale & Divinũ providentiâ divinâ conſtitutum ſit, & ſemper firmum, atq; immutabile permaneant, *§. ſed naturalia Inſt. de Jure natur. Gent. & Civil.* Par eſt, ut non modò plebei, ſed & Nobiles homicidæ & maximè latrones ultimo plectantur ſupplicio.

Et quia crimen latrocinij in nobilitatis dedecus cedit non exiguum, ordinaria mortis pœna ob latroci-

nij fa-

nij facinus convertenda eſt tàm in nobilem, quàm in plebeum latronem, per text. *in l. quadam delicta 14. ff. de pœnis, l. 3. §. is qui ad hoſtem 10. ff. de re milit. & l. Præsbyteri 8. in fin. C. de Epiſcop. & Cler.* & tradunt, quos citant & ſequuntur Tiraquell. *tract. de nobilitate, cap. 20. num. 116.* 117. *& ſeq. & Tract. de pœn. temper. aut remitt. cap. 31. num. 17. 18. & ſeqq.* Ut & Farinac. *tract. de poen. temp. quæſt. 98. num. 113.* 114. *& ſeqq.* quibus locis hanc tradunt regulam, quòd nobiles gravius puniantur in delictis, quæ redeunt in contumeliam, & dedecus nobilitatis, atque hanc regulam declarant exemplo proditionis, veneficij, hæreſeos, læſæ Majeſtatis, furti, perſeverantis contumaciæ, aſſaſſinij; quibus exemplis non injuriâ adponendũ quoque famoſum latrocinium.

Sed quod de latrone genere nobili dictum eſt, alienum à veritate videtur per text. *in d. l. 3. §. legis Corneliæ, ff. ad leg. Corn. de ſicar.* ubi Marcianus ICtus ſolent, ait, hodie ſicarij capi- 40.

te puniri, niſi honeſtiore loco poſiti fuerint, quàm ut pœnam legis ſuſtineant, humiliores enim ſolent beſtijs ſubjici, altiores verò deportantur in Inſulam.

Homicidę igitur nobilis pœna ordinaria nō eſt ultimum ſupplicium, ſed deportatio. Sic aliás etiā digniores mitius puniuntur, quàm ignobiles, ut teſtatur text. *in l. Pedius 4. §. 1. & l. ult.* ibi, ſi humiliore loco, *ff. de incend. ruin. naufrag. l. aut damnum 8. §. in miniſterium 8. ff. de poenis, l. ſacrilegij poenam 6. in princ.* ibi, aut ſi honeſtiore loco natus, *ff. ad leg. Jul. Peculat. l. annonam 6. §. poena autem*, ibi, humiliores ad opus publicum dari *ff. de extraord. crimin. c. final.* ibi, volentes tamen nobilitati favere, ubi Gl. Hoſtiens. *num. 7.* Ant. de Butrio *num. 3.* Ancharan. *num. 3.* & Abb. *num. 4. Extr. de poenis.*

Doctores etiam hanc conſtituunt regulam, quòd nobiles, & digniores mitius puniantur quàm ignobiles, Tiraquell. *d. tract. de poenis temper. aut*

remitt.

remitt. cauſa 31. num. 1. & Farinac. *eod. tract. de poen. temp. quæſt. 98. cauſa* 14. *num. 93. & ſeqq.*

Diſtinguendum autem hîc inter legem, quæ ſimpliciter & uniformiter pœnam criminis definit, & eam legem, quæ nõ uniformiter, ſed difformiter ex perſonarum qualitate hanc vel illam criminis pœnam reo ſtatuit. Quando lex aliqua criminis pœnam ſimpliciter & uniformiter definit, tunc eâ pœnâ æqualiter puniri debent nobiles & ignobiles. At cum lex difformiter maleficio cuidam ſtatuit pœnam, tunc nobiles & digniores puniuntur mitius, quàm ignobiles & plebei. Ita diſtinguunt Doctores, quos citant & ſequuntur Tiraquell. *de poen. temper. aut remitt. cauſa 31. num.* 34 & Farinac. *eod. tract. de poenis temperand. quæſt. 97. num. 131.* 41.

Cùm ergò & Juſtinianeo Jure *in §. Item lex Cornelia de ſicarijs, Inſt. de publ. jud.* & Sanctione Friderici Imp. *in Tit. 27. in princ. vers. ſi autem omnibus, lib. 2. Feudorum*, cùm etiam Ordina-

 tione

tione Carolinâ *artic.* 137. expreſsè & diſtinctè in doloſos homicidas ultimum decernatur ſupplicium, ſeparandi hic non ſunt nobiles à plebeis.

Farinacius tamen *dict. quæſt.* 98 *nu.* 108. *vers. igitur poena*, affirmat poſſe etiam Judicem ex causâ aliquâ rationabili præterquàm nobilitatis, prout in alijs, pœnam minuere nobili, præſertim ſi ab heredibus occiſi pax habita fuerit.

Similiter Tiraquell. *de poen. temper. aut remitt. cauſa* 31. *num.* 35. Scribit, ſi Judex juſtâ & magnâ ex causâ cenſuerit, mitius puniendum eſſe nobilem, quàm lege præſcriptum ſit, poſſe in nobilem pœnã converti leviorem, ſecundum *l. quid ergò* 13. §. *poena* 7. *ff. de his qui notantur infamiâ*, *l.* 3. *C. ex quib. cauſ. infam. irrog.* idq; docere, ait, Salycet. *in d. l. ſervos*, *C. ad leg. Jul. de vi.*

42. Quidam arbitrantur ideò gladij pœnâ multari quoq; hodie nobiles homicidas, quòd olim in eos ſtatuta fuerit deportationis pœna, *d. l.* 3. §. *ult. ff.*

Digitized by Google

ult. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. ea autem pœna deportationis hodie amplius in uſu non ſit, ſed in ejus locum ſucceſſerit gladij pœna, ut voluit Roman. *ſingul. 574. verſ. ſcis quòd relegato.* Sed quòd hodie etiam deportationis pœnâ plectantur nobiles homicidium committentes, ſentire videtur Gomez. *cap. 3. de homicidio, num. 2.* contra Ang. *in d. l. 3. §. ult. ff. ad leg. Corn. de ſicar.* & ibidem Hypolit. de Marſil. *num. 2. in fin.* exiſtimantes in deportationis locum non decapitationem, ſed arbitrariam ſucceſſiſſe pœnam mitiorē, Movetur Gomez. claro & aperto textu *in d. l. 3. §. legis Corneliæ, ff. ad leg. Cornel. de ſicar.*

At quia in noviſſimis Imperatorum Sanctionib⁹ antea citatis, aliiſque nuſquam pœnæ deportationis fit mentio, quòd ea ſcil. cuiquam pro crimine imponenda ſit, veriorem puto aliorum opinionem, qui tradunt, quòd ut in locum interdictionis aquæ & ignis ſucceſſerit deportatio, *l. 2. §. conſtat, ff. de poenis, l. 3.* 43.

 ff. ad

ff. ad leg. Jul. peculat. ita etiã in locum deportationis ſucceſſerit Imperialis banni pœna, Andr. Gail. *lib.* 1. *de pace publ. cap.* 1. *n.* 16. 17. 18. 19. *&* 24. Quemadmodum enim deportati bona ſua omnia, & quæ ſunt Juris Civilis amittunt, proindeque civiliter pro mortuis reputantur, *l. ſunt quidam* 17. §. 1. *ff. de pœnis.* Sic & banniti, Andr. Gail *de pace publ. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 3. *&* 5. *& lib.* 2. *obſervat. Practicar. obſ.* 86. *num.* 9. *&* 10.

44. Quia tamẽ banni pœna à ſolo Imperatore, vel Rege Romanorum & Camerâ Imperiali pro crimine fractę pacis publicę decerni poteſt, Andr. Gail *lib.* 1. *de pace publ. cap.* 6. *num.* 8. *&* 9. Ut & deportatio in Inſulam antiquitus ab Imperatore expediebatur, *l. inter pœnas* 6. §. 1. *ff. de interdict. & releg. & l.* 1. §. *hi quibus, junct.* § *ſeq. ff. de legat.* 3. aliâ certè pœnâ quàm banno, latro vel alius doloſus homicida nobilis afficiendus erit, ſi ob juſtam aliquã cauſam non mortis ſupplicium, ſed mitior aliqua pœna in

eum

eum decernenda Judici videatur, ex ſententiâ Farinacij & Tiraquelli dictis anteà locis, putá vel amputatione manus unius, vel damnatione ad triremes in perpetuum, aut ad tempus, vel miſſione ad fines Ungaricos, ut ibidem contra hoſtem Chriſtianę fidei Turcam aliquot annos pugnet, vel confiſcatione omnium, aut partis bonorum, juxta qualitatem ſcil. criminis, & perſonæ, prout Judici viſum fuerit: Non enim hîc poteſt certa doctrina & regula Judici præſcribi, quam in puniendo latrone, & & homicidâ nobili ſequatur, ut etiám ſentit Julius Clarus *lib. 5. ſentent. § fin. quæſt. 67. num. 8. vers. ego credo.*

Omittenda hîc non eſt frequens illa, & quotidiana quæſtio, An homicida, qui Titium trucidare voluit, errore ductus, Mævium interemit, pœnâ homicidij ordinariâ dign⁹ videatur? De latrone famoſo dubitandum non eſt, quin ordinario latronum ſupplicio mactari poſſit, cùm impunè queat occidi à quovis, ut ſu- 45.

prà

prà oſtendi. Sed alium quod attinet homicidam, licet non deſint, qui exiſtimant in hunc ordinariã legis Corneliæ de ſicarijs pœnã converti non poſſe, ut ſunt poſt Angelum *in l. ſi cum ſervo 4. ff. de injur.* Jaſonem *in l.* 1. *in princ. num. 18. ff. de legib.* & alios, Menochius *lib. 2. de arbitr. Jud. quæſt. caſu 324. num. 11. & ſeqq.* Soaretz. *in addit. ad Gomez. Tom. 3. cap. 3. num. 24. ſub lit. H.* & alij plures, quos citat Berlich. *part. 4. concluſ. pract. concl. 10. num. 2.* Crebrior tamen eſt aliorum aiens opinatio, qui ſcribunt, hunc quoque homicidam ordinariâ ſicariorũ pœnâ plectendum eſſe, Ita tradunt Ferdin. Vaſq. *libr. 3. controverſ. illuſtr. cap. 96. num. 32.* Julius Clar. *libr.* ſ. *5. ſentent. §. homicidium, quæſt. 6.* Ant. Gomez. *dict. cap. 3. num. 35.* Molinæ. *in conſuetud. Paris. Tit. 1. §. 30. quæſt. 41.* Jacob Thoming. *lib. deciſ. quæſt. illuſtr. quæſt. 38.* Fachinæ. *lib.* 1. *controverſ. Jur. cap. 37.* & multi alij quos refert & ſequitur Matth. Berlich. *part.* 4. *concl. practic. d. concl.* 10. *num.* 4. Atque hæc

deci-

deciſio authoritati Juris cōſona meritò cenſetur.

Tùm quia occidere voluit, & eum hominem, in quem animo & voluntate telum direxit ſuum; & licet in perſonâ erraverit, non tamen erravit in corpore, quod coràm vidit, & præſens adfuit, quo argumento prudenter utitur Didac. Couarruv. *in c. Alma mater, Tit. de ſentēt. excommunicat. in 6. relectionis part. priori, §. 10. num. 14.*

Tùm etiam quia duo hîc conjunctim conſiderātur, ut ordinariæ homicidij pœnæ locus ſit, doloſa ſcil. & vera voluntas; quæ per ſe & directò in ipſũ fertur homicidij actum: Et ſubſequut⁹ propoſiti doloſi eventus, ipſum ſcil. homicidium Didac. Couarruv. *ad Clement. ſi furioſus, Tit. de homicidio, part. relection. 2. in princ. num. 2. verſ. quintò illud eſt omninò animadvertendum.* Cùm igitur is fuerit occidentis animus; ut trucidaret hominem, & voluntatem hanc verã ſubſequutum ſit homicidium, homicida hic ordinario afficiendus eſt ſupplicio 46.

plicio., licet ille perſonam aliam interficere intenderit; Prævalet enim illud, quod principale eſt, putá quòd hominem occidere voluit; *l. eum qui 18. § ſi injuria, ff. de injur.*

47. Tùm poſtremò quia is, qui cum telo hominis necandi causâ ambulavit, ordinariâ legis Corneliæ pœnâ tenetur, *l. 1. in princ. verſ. quive hominis, ff. ad leg. Corn. de ſicar. & l. is qui cum telo 7. C. d. t.* Multò magis ergò eâ pleſtitur pœnâ, qui non modò propoſuerat ſibi hominem necare, ſed & hoc ſuum propoſitũ ipſo facto exequutus fuit, & occidit hominem, licet alium interimere voluerit.

Reliquæ rationes, quas alij pro hâc ſententiâ adducunt ex *l. eum qui nocentem 18. § ſi injuria, & §. ult. ff. de injur. ex l. doli 5. §. 1. ff. de ſervo corrupto, l. ſi quis ſervo 20. C. de furt. l. aut qui aliter 5. §. ſi quis dum, ff. quod vi aut clàm, & l. falſus 43. §. qui alienum, ff. de furt.* exigui ſunt momenti, cùm ſolùm deductæ ſint à ſimili, putá ab eo qui Cajum injuriâ affecit, cùm Sejum eſſe puta-

putaret, item ab eo, qui corrupit ſervum, quem liberum eſſe credebat; & eo qui ſervum alienum ſolicitavit, ut domino rem ſurriperet, ipſeque dominus rem eam auferri permitteret: ut & ab eo qui clàm quid fecit meo in loco, ſed tui non mei celandi causâ, tùm deniq; ab eo, qui furto rem alicubi jacentē ſubtraxit, ſive cujus ſit ea ſciverit, ſive ignoraverit. Hæ inquam rationes à ſimili deductæ ſunt, quod à ſimili argumentum nō prodeſt ad convincendum, ſed tantùm ad illuſtrandum illud, quod aliundè firmitatem habet, ut logicis notum eſt, & apparet ex traditis Everhardi *in Topic. legal. in loco à ſimili in princ.*

Contrariæ opinionis argumenta diluere operoſum non eſt, & licet quidam in ijs depellendis calamum ſtringant vehementer, nervum tamen non attingunt. 48.

Quod attinet textum in *l. 3. §. illud, & l. ſi cum ſervo 4. ff. de injur.* neutra ea lex eſt de occidente ſervum, ſed am-

bæ ſunt

bæ ſunt de domino, qui tantùm percuſſit alienum ſervum, cùm proprium percutere vellet. Et quia domino ſervum ſuũ percutere licet, non autem occidere, *l. 1. in princ. §. Divus, & l. circumcidere 11. §. 1. & 2. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. & l. indè Neratius 23. §. ſi dolo, ff. ad leg. Aquil. §. ſed hoc tempore, vers. nam ex conſtitutione, Inſtit. de his, qui ſui vel alieni Jur. ſunt.* Patet indè patrocinij nihil omninò tribui contrariæ opinioni, cùm hîc quæſtio ſit de occidente hominem, non de inferendo injuriam alicui. Ab eo autem quod ſimile non eſt, perperàm ducitur argumentum; *l. qui negocia 34. vers. nec huic ſimile, ff. mandati.*

Nihil quoque tuetur negàntem ſententiam textus in *l. Fulcinius 7. §. quid ſi adverſus, ff. quibus ex cauſis in poſſ. eatur*, qui textus oſtendit, quòd is creditor ſolus impetrare poſſit venditionem bonorum debitoris, cujus creditoris nomine debitor fraudationis causâ latitavit. Cùm enim argumentum hoc ſit à ſeparatis, vim certè

certè arguendi habet nullam, *l. ult. ff. de calumn.* Cùm aliud ſit latitare, aliud crimen aliquod pœnâ corporali dignum admittere.

Non etiam decerpit quicquam deciſioni noſtræ regula, quæ habet, quòd actus per errorem geſtus, nihil gerenti nocere debeat, *l. ſi per errorem 15. ff. de Juriſdict.* Eſt enim hîc in quæſtione de homicidio animus, propoſitum, & voluntas occidendi conſideranda, *l. verum 39. in princ. l. qui injuria 53. in princ. ff. de furt. & l. quod Reipublicæ 33. ff. de injur. & cap. cùm voluntate, Extr. de ſentent. excommunicationis.* Eſt item hîc perpendendus doloſi propoſiti effectus, ipſum ſcil. homicidium, ut ſuprà oſtendi; Sed adducta Regula eſt de errore qui in adeundo judice ordinario admiſſus fuit.

Nihil deniq; roboris adfert contrariæ opinioni, quòd dicitur culpæ ſaltem hoc caſu reũ eſſe occiſorem, cùm ex errore alium pro alio occiderit. Etſi enim in eo culpa ejus verſetur, attamen apparet quoq; ipſius

N dolus

dolus in hoc, quòd hominẽ occidere voluit, & hominem reverâ trucidavit, & quidem eũ hominem, quem coràm vidit, & cujus corpus, ſanguinem & vitam telo ſuo petijt.

49. Quid verò dicendum eſt de eo, qui Titium percutere voluit, at non modò ipſum Titium, ſed aliũ etiam ſimul percuſſit, & occidit? Hunc etiam ordinariâ homicidij pœnâ afficiendum eſſe tradit Thoming. *d. deciſ. 38. num. 7. vers. ubi habes, num. 9. & ſeq.* nec eſt dubitandum de hac ſententia, cùm homicida hic, & voluntarium & culpoſum ſimul admiſerit homicidium.

50. Quòd ſi quis in ſuum inimicum, quem optimè novit, & in ejus perſonâ non errat, miſerit telum, at non ipſum, ſed alium intervenientem, necaverit, numquid ordinaria homicidij pœna in ipſum converti poteſt? Hanc quæſtionem difficilem eſſe, & neceſſariam dicit Gomez. *d. cap. 3. de homicidio, num. 35.* ipſe autem in affirmativam inclinat, ſimiliter inhæ-

inhæret affirmativæ Berlich. *dict. concl.* 10. *num.* 8. tùm etiam Arithmæus *diſput. crimin.* 10. *theſ.* 4. *ſub lit.* A. *in fin.* & Treutler. *diſp.* 31. *theſ.* 6. *ſub lit. A. vol.* 2. At Theodor. Petreus *in theſaur. controverſ. concluſ. crimin. concl.* 130. poſt alios, quos citat negativæ patrocinatur. Ego autem in hac opinionum contrarietate diſtinguendum puto inter eum occiſorem, qui animum induxerat ſuum, occidere inimicum eum, quē ob intercedentem inimicitiam impunè interficere non potuit, ſed quodam Juris remedio vindicare ſuam offenſam in ipſo debuit, & eum occiſorem, qui juſtè interimere potuit inimicum ſuum, ut quia famoſus latro fuit, & viarū latrocinandi & prædandi cauſa obſeſſor. In priori illo occiſore affirmativā procedere exiſtimo, per rationes pro ajente concluſione in expedienda quæſtione abhinc tertia adductas. In poſteriori autem occiſore ſimpliciter judico dicendum, quòd occiſor hic non mereatur ho-

micidij ordinariā pœnam, eò quòd licitæ rei operam dederit; ſiquidem latronem impunè quilibet occidere poſſit, ut ſuprà Juris teſtibus oſtendi. Undè ſi ipſum interficere præſumat, ſed præter voluntatem alium intervenientem culpâ occidat, meritò in ipſum non ordinaria, ſed arbitraria mitior decernitur pœna, *l. perſpiciendum 11. §. pen. verſ. caſu, ff. de pœnis*, ubi per caſum ſignificatur negligentia ſive culpa, ut & in *l. qui ædes 9. verſ. ſi verò caſu ff. de incend. ruin. naufrag.* Et confirmat hunc intellectum proprietas verbi Delinquitur *in d. l. 11. §. pen. ff. de pœnis.* Qui caſu fortuito offendit quempiam; ille non delinquit, & ab omni pœnâ liber eſt, *l. 1. l. eum qui 5. C. ad leg. Cornel. de ſicar. l. 1. §. Divus ff. d. t. l. ſi ex plagis 52. §. ult. ff. ad leg. Aquil.* Andr. Gail *lib. 2. obſerv. 110. num.* 37.

51. Sed qui culpâ aliquem offendit, is delinquit, ac punitur, & quidem extra ordinē arbitrariâ pœnâ; ut poſt Bald. Auguſtinum Florianum, Ripam, Aretinum, Jaſonem, Hypolit. de Mar-

Digitized by Google

de Marſil. Grammaticum, Placam' Tiraquell. & Menoch. quos citat, oſtendit, Jacob. Ayrer *tract. de homicidio part. 2. num. 103.* ubi in fine ex Boſſio Menochio, & Julio Claro addit, quòd pœna illa extraordinaria exilium ſit, vel relegatio, vel carceris perpetui, aut temporalis coercitio, vel damnatio ad militiā contra Turcam, vel deniq; pecuniaria, ut ſuprà quoq; docui.

Et tantum etiam de latrocinio, 52.
alioq́; homicidio: Conſequitur nunc tertium, quod minari etiam ſolent diffidatores crimen, Incendiarium ſcil. facinus: Incendium quidem tribus contingit modis, dolo, culpâ, caſu. De eo autem quod dolo fit, & ejus maximè pœnâ hîc potiſſimùm agemus, ita tamen ut ſubjiciamus etiam nonnihil de culpoſo & caſuali incendio.

Doloſum incendiū eſt, quod do- 53.
lo, deliberato animo, & ex propoſito contingit; ut quod quis conſultò, datâ operâ, & malitiosè ſciens

Digitized by Google

prudenſq; excitavit, *l. 1. in princ.* ibi, cujuſvè dolo malo incendiũ factum erit, *l. ſi quis dolo 10. ff. ad leg. Corn. de ſicar. l. datâ operâ 11. C. de his, qui accuſar. poſſ. l. capitalium 28. §. incendiarij, ff. de pœnis.* Andr. Rauchbar *parte poſter. quæſtion. Juris Civilis & Saxonici quæſt. 10. num. 6.* Mynſing. *cent. 6. obſervat. 88. num. 5.*

Qui hoc crimen admittit incendiarius appellatur in Jure noſtro, *d. l. capitalium 28. §. incendiarij, ff. de pœnis,* quo loco incendiariorum cauſa indicatur, quæ movere ſolet incendiarios, ut excitent incendia, quæ cauſa eſt inimicitia, itemq; prædæ cupiditas.

54. Pœnam quod attinet incendiariorum, de ea non immeritò quis dubitare poſſet, tùm quia textus Juris de eâ extare videntur diſcrepantes, tùm etiam inter Doctores noſtros de eâ non convenit per omnia; In *l. qui ædes 9. de incend. ruin. naufrag.* Ulpianus ICtus refert, quòd, qui ſciens prudenſq; ædes, acervumvè frumenti

menti juxta domum poſitum combuſſerit, vinctus verberatus, igni jubeatur necari, Ulpiano conſentit Calliſtratus ICtus *in l. capitalium 28. §. incendiarii, ff. de pœnis*. Incendiarii, inquit, capite puniuntur, qui ob inimicitias, vel prædæ causâ incenderunt intra oppidum, & plerumq; vivi exuruntur.

Hanc ignis pœnam ſequitur Imperator Carolus V. *in Ordinat. crimin. art. 125.* Cujus verba hæc ſunt: **Die boßhafftigen vberwunden brenner ſollen mit dem Fewer vom Leben zum Todt gericht werden.**

At Juriſconſultus Ulpianus *in l. ult. ff. 1. ff. de incend. ruin. naufrag.* Qui, ait, datâ operâ in Civitate incēdium fecerint, ſi humiliore loco ſint, beſtijs objici ſolent; ſi in aliquo gradu id fecerint, capite puniuntur, aut certè in Inſulam deportantur. Idem ICtus Ulpianus *in l. ſi quis dolo, ff. ad leg. Corn. de ſicar.* Si quis, inquit, dolo inſulam meam exuſſerit, capitis pœnâ plectetur. Non autem addit ICtus

Digitized by Google

quam pœnam intelligat per capitis pœnam, licet pœna capitis non ſit uniuſmodi, *l. capitalium 28. in princ. ff. de pœnis.* Imperatores *in l. data opera 11. C. de his, qui accuſ. non poſſunt*, reſcripſiſſe legimus, quòd illi, quorum res incendio data operâ exuſtæ ſunt, crimen legis Corneliæ exequi poſſint: Lege autem Cornelia de Sicariis, capite plecti incendiarios placuit, ut oſtendi modo ex *d. l. ſi quis dolo ff. ad leg. Cornel. de ſicar.*

55. Per capitis autem pœnam ſignificari videtur ultimum ſupplicium, ut oſtendit Julius Paul. *lib. 5. ſentent. Tit. 3. §. ult.* his verbis: Incẽdiarii, qui conſultò incendium inferunt, ſummo ſupplicio afficiuntur.

Per ſummum autẽ ſive ultimum ſupplicium indicatur in jure noſtro mortis pœna, *l. ultimum ſupplicium 21. ff. de pœnis.* Mortis autem pœna non eſt generis unius, ſed varia, putá ignis, gladij, laquei, ſecuris pœna, *l. aut damnum 8. in princ. ff. de pœnis*, vel damnatio ad beſtias, *d. l. ult. ff. de incend.*

cend. ruinâ naufrag. & l. ad beſtias 31. ff. de pœnis.

Iſthęc Authorum Juris in ſpeciem diſcrepantia, peperiſſe quoq; videtur diſſenſum quendã inter Dd. noſtros de incendiariorũ pœnâ, Mynſing. *cent. 6. obſerv. 88. num. 5. 6. 7. & 8.* de pœnâ hâc alios ſequutus, in hæc ſcribit verba: Si dolosè & datâ operâ in civitate vel oppido excitatum ſit incendium, & perſona incendiarij ſit vilis, ac incendium magnum, tunc incendiarius ille non ſolùm ad damni emendationem tenetur, ſed etiam criminaliter puniendus eſt. 56.

Quidam autem igne comburendum cenſent, per *d. l. qui ædes 9. ff. de incend. ruinâ naufrag.* Alii non igne, ſed gladio puniendum putant; per *text. junct. Gloſs. in l. datâ operâ, 11. ff. de his qui accuſar. non poſſ.* Alij beſtiis objiciendum exiſtimant, *juxt. l. ult. ff. de incend. ruin. naufrag.* 57.

Quòd ſi incendiarius non ſit perſona vilis, ſed dignitate aliqua & honeſtate conſpicuus, capite plectendum 58.

dum nonnulli arbitrantur, per text. *in d. l. capitalium 28. §. incendiarij, ff. de pœnis.* Si verò incendium extra mœnia Civitatis vel Oppidi contigerit, & perſona ſit vilis, ac incendiũ magnum capite puniri: Sin honeſta, deportari tantùm debet, vel ad triremes condemnari, per text. *in d. l. ult ff. de incend. ruin. naufrag.*

59. Cæterùm Andr. Rauchbarus *part. poſter. quæſtionum Juris, quæſt. 10. num. 6. & 7.* de incendiariorum pœnâ, ſi, ait, incendium dolo, conſulto, deliberato animo, data opera, vel malitiosè à ſciente prudente immittitur in Civitate, tunc Jure Civili humiliori loco nati beſtiis objiciuntur, aut vincti & verberati igni necantur, vel ſi in aliquo gradu id fecerint, capite puniuntur, aut certè deportantur. Qui verò extra oppidum tale quid patrarunt, putá ſi caſam aut villam incenderunt, aliquantò levius puniuntur, manus ſcil. amputatione, per text. *in d. l. fin. ff. de incend. ruin. naufrag. d. l. capitalium 28. §. incendiarij, ff.*

de pœ-

de pœnis, *d. l. ſi quis dolo* 10. *ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* & *d. l. datâ operâ*, 11. *C. de his qui accuſar. non poſſ.*

Berlichius autem *part. 4. concluſionum practicabilium*, *concl. 24. num. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.* alios referens, diſtinguit 60.
ſimiliter inter incendium, quod in Civitate commiſſum eſt, & illud incendium, quod in caſa aut villa eſt factum: Diſtinguit item inter magnum, & parvum incendium; Tùm etiam inter incendiarium, qui perſona vilis eſt, & incendiarium, qui egregia eſt perſona, & in dignitate conſtitutus; Et hîc ſimiliter ſpectandum putat, ſitnè magnum vel parvum incendium. In Civitate ſi commiſſum ſit incendium, & incendiarius ſit perſona vilis, & incendium magnum, beſtiis tradendũ, & comburendum eſſe incendiarium opinatur per *d. l. qui ædes* 9. & *l. ult. §. qui datâ operâ ff. de incẽd. ruin. naufrag.* Quòd ſi verò parvum ſit incendium, decapitari debeat incendiarius, per *d. l. capitalium* 28. *§. incendiarÿ*, *ff. de pœnis.*

Sin

Sin nobilis ſit incendiarius, vel aliàs in dignitate conſtitutus, ipſum autem incendium in Civitate commiſſum ſit magnum, ſimiliter decapitari incendiarius debeat; ſi parvũ fuerit, deportationis pœnâ plecti debeat, per *d. l. ult.* §. *qui datâ operâ*, ibi, ſi in aliquo gradu, *ff. de incend. ruin. naufrag.*

61. In villâ autem incendio commiſſo, ſi incendiarii perſona vilis ſit, & incendium magnum, tunc etiã decapitari hic reus debeat, per *l. 1. in princ. & d. l. ſi quis dolo* 10. *ff. ad leg. Corn. de ſicar. d. l. datâ operâ 11. C. de his qui accuſar. non poſſ. d. l. capitalium 28. §. incendiarij, verſ. qui verò caſu, ff. de pœnis.* At ſi parvum ſit incendiũ à vili perſonâ commiſſum, pœnæ deportationis in ipſo locum eſſe ſentit Berlichius authoritate Bart. *in l. 1. ff. de Offic. Præfect. vigil.*

62. Quòd ſi in villa commiſſum ſit incendium, & incendiarii perſona ſit egregia, & in dignitate poſita, ac magnum ſit incendium, deporta-

tio-

tionis pœnam in ipſum convertendam eſſe: Sin parvum fuerit, relegatione puniendum ſentit Berlichius, per text. *in d. l. capitalium 28. §. 1. & §. incendiarii, ff. de pœnis, junct. l. ult. §. 1. in fin. ff. de incend. ruin. naufrag.*

Cæterùm ex his, quæ Mynſinger[9] Rauchbarus, & Berlichius de hâc quæſtione partim ex Juris textibus, partim ex doctorum traditis collegerunt, pleraq; quidem probanda judico, nonnulla tamen rejicienda autumo.

Rectè diſtinguunt inter incendia 63.
quę in Oppido committuntur, & ea, quib[9] caſa aut villa conflagratur extra Civitatem, per text. *in d. l. capitalium 28. §. incendiarij*, ibi, incenderint intra Oppidum, *ff. de pœnis, & d. l. ult. §. 1. in princ.* ibi, in Civitate incendium fecerint, *junct. verſ. qui caſam aut villam, ff. de incend. ruin. naufrag.* Juxta has leges intelligēdi ſunt textus, qui de ædibus, domo, ſive inſulâ exuſtis loquuntur, putá *d. l. qui ædes 9. ff. de incend. ruin. naufrag. d. l. ſi quis dolo*

dolo 10. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. ita ut accipiantur de ædibus, domo, & inſula in Civitate, ſive Oppido extructis, non de caſa aut villa, cùm hæc disertè opponantur ædibus, in Civitate, ſive Oppido combuſtis, *in d. l. capitaliũ 28. §. incendiarij ff. de pœnis.*

64. PerCivitatem autem & Oppidum ſignificari puto etiã pagum, in quo varia, multaque ædificia habentur, tùm quia ſolùm caſa & villa diſſeparantur à Civitate & Oppido, non etiam integer pagus *in d. l. capitalium §. incendiarij ff. de pœnis.* Tùm etiam quia ratio eadem militat in pago, quæ in Oppido, & Civitate, majus ſcil. ignis periculum, quod ubi plura ædificia extructa ſunt, comparatũ noſcitur.

65. Diſtinguunt etiam commodè & juridicè inter ipſos incẽdiarios, quorum alij vilis ſunt conditionis, & humiliori loco, alii verò honeſtate prediti, per text. *in d. l. ult. § 1. ff. de incend. ruin. naufrag.* Sic aliás etiam in pœnis inferendis Jura noſtra diſtinguunt inter eos, qui humili ſunt loco, & eos,

Digitized by Google

eos, qui genere aliavè ratione clari ſunt, ut ſuprà quoq; oſtendi *ex l.* 4. §. *1. & d. l. ult. ff. de incend. ruin. naufrag. l. aut damnum* 8. §. *in miniſterium* 8. *ff. de pœnis, l. Sacrilegij pœnam 6. in princ. ff. ad Leg. Jul. peculat. l. annonam 6.* §. *pœna autem, ff. de extraordin. crim.*

Qui autem incendiarii data opera in Civitate ſive Oppido incēdium fecerunt, & humiliore ſunt loco, Jure Pandectarum Juſtinianeo vel igne jubentur necari, vel beſtiis objici ſolent, in gradu aliquo dignitatis conſtituti, capite puniuntur, aut certè in inſulam deportantur, *d. l. qui ædes 9. & d. l. ult.* §. *1. ff. de incend. ruin. naufrag. l. ſi quis dolo 10. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. d. l. capitalium* 28. §. *incendiarij, ff. de poenis.* 66.

De capitis pœna meminit quoq; Licinius Ruffinus, ut refert Cujac. *lib.* 21. *obſerv. cap.* 21. Quod verò de ignis ſupplicio à Cajo ICto *in d. l. qui ædes 9. ff. de incend. ruin. naufrag.* & ICto Calliſtrato *in d. l. capitalium* 28. §. *incendiarii ff. de poenis*, diſpoſitum legimus, 67.

idem

idem etiam cautum & probatum videmus in Carolinâ Ordinatione *crimin. dict. art.* 125. Eam igitur ignis pœnam imponere incẽdiariis tenetur Judex, maximè cùm noſtris hiſce temporibus criminis rei non amplius ſubjiciantur beſtiis; & deportationis etiam pœna ex uſu receſſerit, Ad quod Mynſing. Rauchbar. & Berlich. animum hîc non attendiſſe videntur.

68. Quod autem Carolinâ Ordinatione dictò loco de ignis pœnâ traditũ legimus, intelligendum puto procedere in his tantùm; qui incendium fecerunt in Civitate; & quidem humilioris ac vilis ſunt cõditionis, non etiam qui aliquâ in dignitate conſtituti ſunt; ſed hos gladii pœnâ plectendos exiſtimo. Cùm enim Carolina Conſtitutio nova ſit, & non ſpecialiter meminerit etiã eorum, qui dignitate clari ſunt; arbitror eã novam legem pertinere ſolùm, quoad ignis pœnam, ad incendiarios vilis qui ſunt conditionis; In illis verò,

qui

qui honeſtate prediti ſunt, intactum manſiſſe, & procedere adhuc Vetus Digeſtorũ Jus de capitis pœnâ. Quoties enim nova ſanctio non tollit ſpecialiter Jus Vetus, ejus diſpoſitionem adhuc habere locum creditur, per text. *in l. præcipimus 32. §. ult. ff. ad appellat. & c. 1. Tit. de conſtitut. in 6.* Quò pertinet etiam textus *in l. non eſt novum 26. & l. ſed & poſteriores 28 ff. de legib* ubi dicitur, quòd priores leges ad poſteriores trahantur, & poſteriores ad priores pertineant, ut ambæ in viridi obſervantiâ retineantur.

Qui verò extra Civitatem, Caſam quandam, aut Villam incenderunt, aliquantò lenius puniuntur Judicis arbitrio, *d. l. capitalium 28. §. incendiarij, verſ. qui verò caſam, ff. de pœnis.* 69.

Arbitratur quidem Rauchbarus *dict. quæſt. 10. num. 7.* hos incendiarios amputatione manus puniendos; At quia pœna hæc acerbior ſæpè eſt ipſo ſupplicio ultimo; & multi ex eâ moriuntur; ac quoties capitalis pœna mitigatur, non membrorum mu- 70.

O tila-

tilatio in reum decernitur, Hipolyt. *in l. 1. C. ad leg. Corn. ſicar. per l. ſi adulterium 38. § Imperator 8. ff. ad leg. Jul. de adult. l. ſi quis in gravi 3. § ſi tamen, ff. de SCto Silan. l. 4. C. ad leg. Jul. de adult. & l. lex Julia, §. ff. ad leg. Jul. repetund.* Aliam hîc imponendam eſſe pœnam judico, putá damnationem ad triremes, aut relegationem perpetuam, & virgarum caſtigationem, pro conditione perſonæ incendiarii, Quod autem Mynſingeri, & Berlichii poſt alios judiciū ſit de incendiariorum pœnâ hoc caſu, oſtendi anteà.

71. Propoſitas hactenus, & declaratas incendiariorum diſtinctiones agnoſcit ſolùm Juris noſtri authoritas. At diſtinctionem inter magnū & parvum incendium, ut ex eâ æſtimetur pœna incendiariorum, nuſquam in Jure noſtro proponi autumo, Ut leges antiquæ, ſic & novum Carolinum Jus præcipiunt, ut incendiarius doloſus igne comburatur, ut anteà oſtendi, & nō diſtinguunt magnum aut parvum, an ſit incendium.

Neque

Neque etiam meo animo, poteſt ex magno & parvo incendio reverâ definiri pœna magna, & levis, cùm incendiarius ſuâ in manu & poteſtate non habeat, facto jam incendio quouſq; ignis vagari debeat. Cogitare tamen potuit incendiarius, unâ domo in Civitate incenſâ, ignem ulterius ad proximas quoq; ædes, eaſque ſæpenumerò plures progreſſurum, & ex parvo incendio magnum facilè exorturum. Quocircà tàm ob parvum, quàm magnum incendium in Civitate factum igne comburendus eſt incendiarius; ſi vili ſit, & humili conditione, Honeſtate præditus ſi fuerit, capite plectendus eſt, per textus anteà citatos.

Weſembecius quoq; *in paratit. ff. Tit. ad leg. Cornel. de ſicar. num. ult.* parum deferre videtur Interpretũ diſtinctionibus de pœnâ incendiariorum; Hodie, ait, ſecundum pœnam talionis, incendio abſumuntur, qui incendia excitarunt; quamquam Juris Civilis Interpretes hâc in re variè 72.

O 2 diſtin-

diſtinguant, Utrùm ſcil. incendium factũ ſit in Civitate, an extra: Utrùm magnum, an parvum: Utrùm homines perierint, an non: Utrùm à vili perſonâ factum, an à digniore.

Non eâ ratione putandum, quòd Weſembec. ibidem omnes omninò Interpretũ rejicere voluerit diſtinctiones, cùm haud dubiò intellexerit ex Jure noſtro, quòd diſtinctio inter incendium in Civitate ſive Oppido factum, & illud incendiũ, quod in casâ, vel villâ excitatum fuit, non exiguum ſit diſcrimen, quoad pœnam. Novit quoque ICtus ille Celeberrimus ex Juris textib⁹ ſuprà citatis, quòd neceſſariò diſtinguendum hîc ſit inter incendiarios humili qui ſunt loco, & eos, qui gradu honeſtatis quodam conſtituti ſunt: Sed reliquas Interpretũ diſtinctiones, quàs ex Mynſingero, & Berlichio ſuprà adduxi, ſpectaſſe mihi videtur, quales ſunt, quib⁹ diſtinguunt inter magnum, & parvum incendium, & quibus ſeparant incendium, quo homines

nes

nes etiam perierunt, & illud, quo tantùm ædes, & cum illis res abſumptæ fuerunt, Cujuſmodi diſtinctio ideò quoq; recipienda non eſt, quòd Juris authoritas eam non agnoſcit uſpiam, quodq; hic non de homicidii per ignem commiſſi pœnâ, ſed de incendiariorum ſupplicio tractatur.

Etſi verò Jura noſtra accuratè diſtinguant bifariam inter incendia, ut oſtendi, In Electoratu tamen Saxoniæ diſcrimen illud inter incendium in Civitate, vel extra eam commiſſum, & commiſſum à vili aut honeſtâ perſonâ, non attenditur, ſed omnes incẽdiarii ordinariâ ignis pœnâ afficiuntur, ut teſtatur Daniel Moller. *lib. 4. Semeſtrium, cap. 31. num. ult.* & poſt eum Berlich. *dict. concl. 24. num. 31. & 32.* Unde qui tugurium, vel horreum in agro, ubi alia nõ habentur ædificia, incendit, flammarum pœnæ ſubjicitur in Electoratu Saxoniæ, ut ſcribit Berlich. *d. concl. 24. nu. 34.* Extra tamen Saxoniæ Electoratum aliis in Provinciis locum habet 72.

pœna Juris communis ſuprà defini-ta. Sic ad triremes in biennium damnatus quondam fuit, qui de incendio tugurii convictus fuerat, ut refert Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 68. num. 20.*

74. Non eſt hoc loco omittendũ, quòd & illi tenentur pari incendiariorum pœnâ, qui animo nocendi materiam incendio commodam alicubi depoſuerunt, putà linteas, ſtupas cum igne, ſulphure, aut pulvere bombardico; vel carbones, aut titiones, etiamſi nihil damni inde ſit datum: Tùm quia incendiũ doloſum in perniciem multorum hominum committitur, *cañ. peſſimam 23. quæſt. 8.* Iodoc. Domhoud. *in praxi rer. criminal. cap 103. num. 1, 2. 3. 4. & 5.* Tùm etiam quia per incendium univerſa Reſpublica in diſcrimen ac periculum plerumque adducitur ingens, Quoties autem delictum aliquod totam concernit Rempublicã, tùnc licèt conſummatum non ſit, ſed attentatum ſolùm, ordinaria pœna in delinquẽ-

tem

tem decernitur, Panorm. *in c. cum nuper, de his, quæ fiunt à Prælatis*, Alexãd. *in addit. ad Bart. in l. utrum 6. ff. ad leg. Pompei. de parricid. num. 3.* Tùm poſtremò quia incendium delictis connumeratur atrociſſimis, Dãhoud. *dict. cap. 103.* In delictis autem atrociſſimis conatus habetur pro conſummatione, *l. ſi quis non dicam, C. de Epiſc.* Farinac. *in praxi criminal. part. 4. quæſt. 124. num. 157.*

Ordinariâ tenetur etiam pœnâ, qui ſcientiam habet criminis huius, vel auxilium & opem incendiario præſtitit, Matthias Coler. *deciſ. 150. incip. Auxilium vel opem, num. 4. & ſeq. part. 1.* Berlich. *dict. concl. 24. num. 26. & ſeq.* 75.

De pœnâ autem illius, qui minatur alicui incendium, ut ſi dicat, rubrum gallum tuas in ædes tranſmittam, Ich wil dir einen rothen Hanen auffs Hauß ſetzen / egi tractatu meo de diffidationibus & diffidatoribus.

Jure Canonico (ut & illud ſubjiciamus) incendiarii excommunica- 76.

 tionis

tionis plectuntur pœnâ, ut oſtendit textus *in c. tua nos 19. Extr. de ſent. excommunicat.* & ſcribit Damhouder. *d. cap. 103. num.* 14 Farinac. *dict. quæſt. 110. num.* 15. Menoch. *lib. 2. de arbitr. judic. cent.* 4. *num.* 39. Berlich. *d. concluſ.* 24. *num.* 10. *part.* 4.

Expoſito Jure incendij doloſi, diſpiciendum etiam, quid de incendio culpoſo Jure definitum reperiatur; ut quod vel latâ, vel levi, vel leviſſimâ alicujus culpâ exortum dicitur.

77. Latâ culpâ incendium excitatum dicimus, quod negligentiâ, ſive ſecuritate, & ignorantiâ alicujus nimiâ, ſummâ, diſſolutâ, & ſupinâ factum conſtat, *l. ſi fidejuſſor 29. in princ. ff. mandati. l. regula 9. §. ſed facti, ff. de Ædilitio edict.* Gloſſ. *in §. præterea, Inſt. quib. mod. re contrah. oblig.* Bald. *in l. quod Nerva* 32. *num. 1. & ſeq. ff. depoſiti*, & Bart. *ibid. nu.* 16. *& ſeqq.* Andr Rauchbar. *part. poſter. quæſtionum Jur. quæſt.* 10. *num.* 9. Ut cum quis in cuſtodiendo lumine, ignivè non eam adhibet diligentiam, quam quilibet homo naturæ

turæ inſtinctu adhibendam eſſe intelligit, *d. l. cedere diem 213. in fin. & l. latæ culpæ 223. ff. de verb. ſign.* putá ſi quis ſtraminibus, aut papyro candelam aut carbones propè adponat, vel in trabem ignitam à foco, aut fornace accenſam, non confeſtim aquam effundat, neq; eam parieti actutùm eximat, ac poſtea inde incendium oriatur. Cùm enim nemo hominum integræ mẽtis ignoret, ſtramini, papyro, vel arido ligno candelam aut ignem admovere, incendium fieri, culpæ latæ reus eſt dicendus; quippe cùm lata ſit culpa ignorare id, quod omnes rationis participes intelligũt, *d. l. cedere diem 213. §. ult. & d. l. latæ culpæ 223. ff. de verb. ſignif. & d. l. regula 9. §. ſed facti, ff. de Juris & facti ignorant.*

Pœna incendij latâ culpâ excitati quæ ſit, Doctores variant, propter textum *l. ſi fortuito 11. ff. de incend. ruin. naufrag.* Ubi ICtus Marcianus ſcribit quidem, latâ culpâ ſi factum ſit incendium, pœnâ plectendum eſſe incendiarium, ſed quæ illa ſit pœna, non definit. 78.

79. Jacob de Arena, quē refert Bald. *in l. datâ operâ 11. num. 4. C. de his qui accuſar. non poſſ.* exiſtimat, pœnâ mortis afficiendum eſſe eum, qui latâ ſuâ culpâ incendium fecit, modò magnum ſit incendium, & incendiarii perſona vilis. Atq; hæc opinio probari videtur hâc ratione, quòd latâ culpâ dolo ſit proxima, *l. cum res 47. §. culpa ff. de legat 1. d. l. ſi fortuito 9. ff. de incend. ruin. naufrag. l. mulier 22. §. ſed enim, ff. ad SCtum Trebell. l. quæſitum 8. §. eum quoq́. ff. de precario*, quodq́; ea culpa prope dolum eſſe dicitur, *l. ſi fidejuſſor 29. in princ. ff. mandati*, & dolum repræſentare, *l. 1. §. culpa, ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe juſſ. fuerit.* dolo item comparari, *l. 1. §. pen. ff. ſi menſor falſum mod. dixerit*, Quodq́; interdum ſimpliciter dolus vocatur, *d. l. magna 22. ff. depoſiti, l. is cui, 5. §. dolum ff. ut in poſſeſſ. legat. vel fideicomm. ſervandor. cauſ. eſſe liceat.*

80. Sed hanc opinionem improbat Bald. *in d. l. data opera 11. num. 4. C. de his qui accuſ. non poſſ.* & Angel. *tract. de maleficiis*,

leſitijs, *in verb.* incendiario, *num. 4.* & quidem hâc ratione, quòd lata culpa non infamet, id quod opinatur quoque Weſembec. *in §. ſuſpectus*, *Inſtit. de ſuſpect. tutorib. & in paratit. ff. d. t.* Multò minus ergò mortis pœnam inferat. Sed hæc ratio hanc ipſorum concluſionẽ certò non tuetur, ſiquidem nonnulli ſentiant, quòd & lata culpa infamem reddat eum, qui ejus culpę reus eſt, Cujac. *lib. 7. obſervat. cap. 8.* & Hotoman. *ad §. ſuſpectus autem remotus*, *Inſtit. de ſuſpect. tutor.* Et qui depoſiti actione condemnatus eſt ob latam culpam, infamis efficitur, *d. l. quod Nerva 32. ff. depoſiti*, *junct. l. qui depoſitum 10. C. d. t. & l. 1. ff. de his qui notant. infam.* Ex hac igitur ratione haud rectè concludi poteſt, quòd qui latâ culpâ incendium fecit, immunis ſit à mortis pœna, cùm ex eo, quod dubium eſt, quid certi inferri non poſſit.

Alij verò Doctores opinantur, mitius puniendum eſſe incendiarium, 81. cujus latâ culpâ factũ eſt incendium, quàm

quàm qui dolo excitavit incendium, ita ſentit Bart. *in l.* 1. §. 4. *&* 5. *verſ. ſi verò per culpam*, *& verſ. ſeq. ff. de offic. Præfect. vigil.* vult ergò Bart. mortis pœnâ afficiendum non eſſe eum, qui latâ culpâ incendium fecit. Idem exiſtimat Cyn. *in d. l. datâ operâ* 11. *in fin. verſ. ſi lata culpa, C. de his qui accuſar. non poſſ.* & ibidem, ut anteà memini Bald. *num.* 4. *in princ.* Tùm etiam Mynſing. *cent.* 6. *obſ.* 88. *num.* 9. *verſ. frequentius tamen*, ibi, pœnam corporalem, citra tamen mortem imponendam eſſe, ſequitur eandem opinionem, Farinac. *tract. crimin. part.* 3. *quæſt.* 110. *num.* 17.

Atque hæc communis concluſio firmatur textu *l. in lege Cornelia*, 7. *ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* ubi Paulus ICtus oſtendit, nō plecti mortis pœnâ eum, qui latâ culpâ crimen commiſit.

§2. Ut mortis pœna in hunc incēdiarium non convertitur, ita nec abſciſſione membri coercetur ipſe, licet vilis ſit perſona, ut ſentit Bald. *in d. l. datâ operâ, nu.* 4. *in princ. C. de his qui accuſar. non poſſ.* Pleri-

Plerique verò autumant, arbitrariam hoc caſu pœnam incendiario huic imponendam eſſe, Bald. & Angel. *in d. l. datâ operâ, C. de his, qui accuſ. non poſſ.* Plotus. *tract. de in litem jurand.* §. 45. *num.* 6. Menoch. *libr.* 2. *de arbitr. jud. quæſt. caſu* 390. *num.* 24. Sebaſt. Medic. *de caſib. fortuitis, part.* 2. *quæſt.* 7. *poſt num.* 25. Sentit idem Joſeph Ludovic. *deciſ. Peruſ.* 25. *num.* 11. Johann. Schneidevv. *ad §. tertio capite, num.* 5. *verſ. ſecundo capite, Inſt. de lege Aquilia*; Andr. Gail *lib.* 2. *obſervat. pract. obſ.* 22. *num.* 6. Andr. Rauchbar. *d. quæſt.* 10. *num.* 10. *verſ. vel potius pœna arbitraria*; *&* *verſ. ſeq.* Farinac. *tract. criminal. part.* 3. *quæſt.* 110. *num.* 17. Berlich. *part.* 4. *concluſ. practical. concluſ.* 25. *num.* 7. Atq; hanc opinionem judico veram, cùm Juris authoritate nuſquam certa definiatur pœna in eum, cujus latâ culpa incendium eſt commiſſum, proindéq; arbitraria pœna hoc caſu locum habet, per textum *in l.* 1. §. 1. *ff. de effractorib.* ubi ICtus Ulpianus, Quibus, ait, nulla ſpecialis pœna Reſcriptis 83.

Princi-

Principalibus impoſita eſt ; idcircò cauſâ cognitâ liberũ erit arbitrium ſtatuendi ei, qui cognoſcit.

Judicis arbitrium illud conſiſtit
84. quoq; in conniventiâ ipſius ; ut ſi Judex videat vicinum ; cujus ædes culpâ vicini incēdio abſumi cœperunt, juſtum ob dolorem ; in ipsâ animi commotione, & furore mentis commoto, incendiarium hunc comprehendere, & in ipſum exortum ignem conjicere. Propria enim & furibunda vindicta hæc juſtè dolenti vicino impunita manere debet, ut ſentit Jodoc. Damhouder. *in praxi rerum criminal. cap. 104. num. 3.*

Sic aliàs etiam ob juſtum dolorem remitti, aut temperari pœna ſolet, *l. quod ait lex 23. in princ. & §. 2. & 4. l. ſi adulterium 38. §. Imperator Marcus, ff. ad leg. Jul. de adult. & l. 1. §. ult. ff. ad leg. Cornel. de ſicar.*

85. Quòd ſi hic incēdiarius confeſtim callidè aufugiat, aut deliteſcat alicubi, ut comprehendi actutùm non poſſit, reverſus poſtea & apprehenſus, ob

ſus, ob latam hanc ſuam culpam à Iudice pro juſto ejus arbitrio, vel corporali quâdam mitiori tamen pœnâ affici, vel mulctâ pecuniariâ plecti poteſt, Bald. *in d.l. datâ operâ, nu. 4. in princ. C. de his qui accuſ. non poſſ.* Ioſeph. Ludovic. *dict. deciſ. Peruſina 25. numerò* 11.

Quæ autem corporalis illa pœna mitior eſſe debeat, quæri hic poteſt? Doctores noſtri arbitrantur pœnam hanc eſſe vel exilii, vel fuſtigationis, ſive caſtigationis, Franciſc. Marcus *deciſ.* 417. *num. 2. verſ. ſi verò incendium, part. 2.* Iodoc. Damhoud. *in prax. rer. crim. cap. 104. num.* 4. 5. *&* 6. Quam opinionem probari puto *arg. l. §. 1. ff. de offic. Præfect. Vigil.* ubi Paulus ICtus ſcribit, quoòd ille qui negligentius ignem habuit, fuſtibus caſtigari debeat. Si hic qui ſaltem negligentius ignem habet, fuſtibus ſive virgis puniri poteſt, multò magis & ille, eodem modo coerceri poteſt, cujus lata culpa incendiũ eſt factũ, argumento à minore ad majus, quod validum 86.

eſt in

eſt in jure noſtro, Everhard. *in Topic. legal: in loco à minori, nu.* 1. *& ſeqq.* Matthias Stephani *lib. 2. Topicor. Jur. in loco 93. à minori ad majus.* Confert huc textus *in d. l. capitalium 28. § incendiarij* 12. ibi; vel modicè vindicaretur, *ff. de pœnis.*

87. Diſtinguunt autem hic Doctores inter incendiũ magnum, & parvum incendium. Magnum ſi fuerit incendium, pœnę illi corporali, vel maximæ pecuniariæ pœnæ locum eſſe aſſerunt: Sin parvum ſit incendium; pecuniariam tantùm imponi ajunt pœnam; ita ſentit Bald. *in d. l. datâ operâ, num. 4. in princ. C. de his qui accuſar. non poſſ.* Ioſeph. Ludovic. *deciſ. Peruſin.* 25. *num.* 11. Sebaſt. Medices *de caſib. fortuitis part.* 2. *quæſt.* 7. *num.* 25. Mynſing. *d. obſ. 88. num. 9. cent. 6.* Farinac. *d. quæſt.* 110. *num.* 17. Berlich. *dict. concluſ. 25. num.* 8. *part.* 4.

88. Non ſolùm autem pœna ejuſmodi in hunc incendiariũ poteſt converti, ſed ipſe tenetur etiam vicino ad damnum, ipſo incendio ei illatum, *l. qui*

ædes

ædes 9. verſ. ſi verò caſu, ibi, noxiam ſarcire jubetur, *ff. de incend. ruin. naufrag. d. l. capitalium 28. §. incendiarij 12. verſ. nam fortuita, ff. de pœnis, c. ſi quis egreſſus 5. & c. ſi quis domum, Extr. de injuriâ & damno dato*, Mynſing. *d. cent. 6. obſ. 88. num. 9.* Menoch. *dict. caſu 390. num. 26.* Schneid. *ad §. tertio capite num. 5. Inſt. de lege Aquiliâ*, Andr. Gail *lib. 2. obſ. 22. nu. 2.* Ludovic. *decis. 25. num. 10.* Andr. Rauchbar. *dict. quæſt. 10. nu. 11. & ſeqq.* Farinac. *in praxi criminali dict. quæſt. 110. num. 18.*

Actio autem quâ incendiarius ad reſarciendum damnum incendio illatum tenetur, eſt incenſarum ædium actio, *l. Juris gentium 7. §. ſi paciſcar 13. ff. de pact.* Cujac *ad §. ult. Tit. 3. libr. 5. Julij Pauli recept. ſentent.* Weſemb. *in paratit. ff. Tit. de incend. ruin. naufrag. num. ult.* actionē hanc incendiariam appellat. Sive autem incenſarum ædium, ſive incendiariam vocemus actionem, eſt tamen generalis illa & uſitata legis Aquiliæ actio, ut arguit textus *in l. ſi ſervus ſervum 27. § item ſi* 89.

P arbu-

arbuſtum 7. & duobus §§. ſeqq. ff. ad leg. Aquil.

Hanc actionem in duplum competere ſentit Cujac. *libr. 5. ſentent. Tit. 3.* §. *ult.* & weſembec. *in paratit. ff. tit. de incend. ruin. naufrag.* Sed ex legibus, hanc in ſententiam quas adducunt, id non apparet. Competere hanc actionem ad damni dati veram æſtimationem, non principalis tantùm, ſed & ejus, quod intereſt, arguit text. *in l. ait lex. 21.* §. *ult. & ll. ſeqq. junct. l. ſi ſervum 33. ff. ad leg. Aquil.* Farinac. *d. quæſt. 110. num. 10.* quatuor actiones in incendiarium dari ſcribit, condictionem ſcil. *ex c. ſi egreſſus, & c. ſeq. Extr. de injur. & damno dato,* Actionem item ex Edicto Prætoris, de incendio, ruinâ, naufragio, Actionem furti, & actionem legis Aquiliæ, Farinacium quoad tres priores actiones ſequitur Berlichius *concl. 25. num. 11. part. 4. concluſionum practicabilium.*

90. At nullam hîc aliam dari in ipſum incendiarium actionem, quàm legis Aquiliæ actionem ſentio. Textus in

dict.

dict. *c. ſi egreſſus & c. ſeq. Extr. de injur. & damno*, non præbet ſpecialem quandam condictionem pro hoc damno, per incendium dato, ſed accipiendus eſt de vulgari actione legis Aquiliæ. Prætoria actio ex edicto de incendio, ruinâ, naufragio, competit non de facto incendio, ſed de eo, quod raptum vel ablatum eſt ex incendio, ſive occaſione incendii, & damno in rebus tempore incendii illato, ut & de receptis rebus illis, *l. 1. & tot. tit. de incend. ruinâ naufrag.* Actio furti non eſt de ipſo incendio, ſed de reb⁹ tempore incendii furtim ex ipſo incendio ablatis, *l. 3. §. non ſolum autem, ff. d. t.*

Eſt & illud hîc notandum, quòd pars læſa contra incendiarium non ſolùm ſeparatim, ſed & conjunctim uno eodemq; judicii proceſſu experiri poteſt, ad pœnam pecuniariam Fiſco applicandam, & ad emendationem damni, ut poſt Bald. *in d. l. datâ operâ, 11. C. de his, qui accuſar. non poſſ. num. 4.* Angel, Aretin. *tract. de maleficyis.* 91.

cijs, in verb. incendiario, *num. 4. verſ. intelligit tamen Marianum Socinum in d. c. ſi quis domum 6. Extr. de injur. & damno dato*, *num. 67.* Scribit quoque Andr. Rauchbar. *d. quæſt. 10. num. 12. part. 2.* Joſeph. Ludovic. *deciſ. 25. num. 9.* & Farinac. *dict. quæſt. 110. num. 14.*

92. Sic læſus contra pacem publicam, poteſt vel cõjunctim, vel diſiunctim ad pœnam pecuniariam Fiſco applicandam, & damni emendationem agere, Mynſing. *cent. 2. obſ. 34. & cent. 4. obſ. 34.* & docui in commentario meo de Diffidationibus *cap. ult.*

93. Quomodo autem probandum ſit damnum illud & intereſſe, non immeritò dubitatur, cùm incenſa domus, & res, quæ in ipſâ fuerunt, incendio ſint conflagratæ, & amplius non extent, ut æſtimari poſſent? Juramentum autem in litẽ locum hic habere Doctores rectè tradunt, Joſeph. Ludovic. *dict. deciſ. 25. num. 9.* Farinac. *dict. quæſt. 110. num. 13.* & latè Maſcard *de probat. volum. 1. concl. 471. n. 1. & ſeqq.* De eo agit quoq; Mynſing. *cent. 4. obſerv. 12.* Quod

Quod attinet incendium levi cujuſdam culpâ exortum, ſciendum hîc eſt, levi culpâ excitatum incendium illud eſſe, quando quis in cuſtodiendo igne, & lumine non eam adhibuit diligentiam, quam mediocris paterfamilias naturæ ductu adhibere jubetur. *l. ſi vendita* 11. *ff. de peric. & commod. rei vendit. l. quod ſæpè §. ſi res vendita, ff. de contrah. empt. & vend. l. quod Nerva, ff. depoſiti.* 94.

Hâc igitur diligentiâ omiſsâ, ſi ortum ſit incendium, tenetur ex eo conventus reus, ut ſi quis mucum luminis candentem abjiciat, isque in linum, aut ſtramen cadat, nec extinguatur confeſtim, atque inde incendiũ fiat: Aut ſi quis Caminum ſuum ignitum videat, attamen in eum aquam effundere ſuperſedeat: Aut quis candelâ menſæ impoſitâ nõ extinctâ, cubitum eat; quæ cadens in menſam, incendat eam, indeq; tota domus conflagretur, *d. l. capitalium* 28. §. *incendiarii* 12. *verſ. nam fortuita ſi cum vitari poſſent, per negligentiam co-* 95.

P 3 rum;

rum, apud quos orta ſunt, damno vicinis fuerunt ff. de pœnis.

96. Cæterùm quomodo contra hunc incendiarium in Judicio procedi poſſit, quæritur, num civiliter tantùm vel etiam criminaliter? Certum eſt, quòd incendiarius hic ad damnum reſarciendũ civiliter conveniri poſſit, per text. *in d, l. capitalium 28. §. incendiarij 12. verſ. nam fortuita, ff. de pœnis*, Actione ſcil. legis Aquiliæ, *l. 1. C. de leg. Aquil. l. ſi ſervus 27. §. 7. & §. ſeq. ff. ad leg. Aquil.* Cynus quoq; arbitratur, ad damni ſolùm emendationem incendiarium hunc teneri parti læſæ, nõ etiam criminaliter hunc puniendum eſſe, ne quidem pœnâ pecuniariâ Fiſco applicandâ, *in d. l. datâ operâ. 11. C. de his, qui accuſar. non poſſ.*

97. Aliqui diſtinguunt inter culpam hanc in faciendo conſiſtentẽ, & culpam conſiſtentem in omittendo, ex illâ teneri incendiarium criminaliter, ex hâc verò Judicis arbitrio extra ordinem coerceri incendiarium, Menoch. *libr. 2. de arbitr. judic. quæſt. caſu 390.*

ſu.390.num.20.& ſeq. & Mynſing. *dict. cent.6.obſerv.88.num.9.* Sed pro hâc opinione textus militat nullus. Communior eſt opinio, incendiariũ hunc puniri etiam criminaliter, ſed pœnâ pecuniariâ Fiſco inferendâ, Bart. *in l. reſpiciendum* 11. § *delinquunt, num.4 ff. de pœnis*, Bald. *in dict. l. datâ operâ, C. de his qui accuſar. non poſſ.* Ang. Aretin. *tract. de maleficiis, in verb.* incendiario, *num.5.* Johann. Schneidevv. *ad § capite tertio, num.5. verſ. ſecundo caſu, Inſt. de leg. Aquil.* Ego autem inhærendo textui *d. l. capitalium* 28. §. *incendiarij, ff. de pœnis*, ſentio, incendiarium hunc civiliter teneri ad reſarciendum damnum, hoc incendio illatum.

Si verò incendiarius hic ex inopiâ non poſſit præſtare damnum illud, modicè vindicare debeat hæc culpa. Verba enim dicti loci hæc ſunt: Nam fortuita incendia, ſi cùm vitari poſſent, per negligentiam eorum, apud quos orta ſunt, dãno vicinis fuerint, civiliter exercentur; ut qui jacturâ affectus eſt, damni diſceptet, vel mo- 98.

 dicè

dicè vindicaretur: quæ poſteriora verba accipienda ſunt de caſu, quo damnum reſarcire non poteſt incendiarius, civiliter conventus de hoc damno: Particula enim Vel ponitur inter damni præſtationẽ, & modicam vindicationem, ſed eo tantùm caſu, quo civili actione incendiarius eſt conventus. Hanc explicationem ſuadet etiam textus *in l. qui ædes 9. verſ. ſi verò caſu, id eſt negligentia ff. de incend. ruin. naufrag.* ubi Gajus ICtus, Noxiam, ait, ſarcire jubetur; aut ſi minus idoneus ſit, levius caſtigatur; Quæ poſteriora verba ad criminale judicium perperàm referuntur, ut arguit text. *in d. l. capitalium 28. §. incendiarij, ff. de pœnis.*

99. Levior autẽ & modica caſtigatio illa in incendiario paupere, qui ſolvere non poteſt pecuniam, accipienda eſt, vel de carceris pœnâ, vel caſtigatione virgarũ, vel relegatione.

De Caſtigatione virgarum loquitur quoq; poſt alios, quos citat Farinac. *dict. quæſt. 110. num. 19.* Et quòd relega

legationis pœna in quendã ejuſmodi incendiarium dicta fuerit, teſtatur Weſemb. *in paratit. ff. tit. de incend. ruin. naufrag. num. 6.* Weſembecium ſequitur Rauchbar. *dict. quæſt. 10. numero 27.*

Quòd ſi leviſſimâ culpâ factum ſit incendium, ſimiliter ad damni reparationem civili actione legis Aquiliæ tenetur incendiarius, per *dict. l. 1. C. de lege Aquil.* Sentit idem poſt alios, quos citat Berlich. *dict. concluſ. 25. num. 36. & ſeq.* & Farinac. *dict. quæſt. 110. num. 20. & ſeqq. & maximè num.* 23. Legis enim Aquiliæ actio pertinet quoque ad leviſſimam culpam, *l. in lege Aquiliâ 44. ff. ad leg. Aquil.* Et quamvis hîc quidam diſtinguant inter culpam commiſſionis, & culpam omiſſionis, inter quos præter alios etiam eſt Farinac. *dict. quæſt.* 110 *num. 25. & ſeqq.* hanc tamen diſtinctionem alij hîc meritò rejiciunt, Berlich. *dict. concluſ. 25. numero 230.* 100.

Quòd ſi ob egeſtatem damnum reſarcire nõ poſſit incendiarius, cor-

 poris

poris pœnam leviorem ſuſtinere te-
neetur, *dict. l. qui ædes 9. verſ. aut ſi mi-
nus, ff. de incendio, ruinâ, naufragio, &
dict. l. capitalium 28. §. incendiarij* 12. ibi,
vel modicè vindicaretur, *ff. de pœnis.*

INDEX RERUM ET VERBORUM, QUÆ IN HIS DUOBUS TRACTATIBUS continentur.

Prior numerus Paginam, alter Summarium denotat.

Accusatio *in causâ diffidationis ad pœnam banni & pecuniariam mulctã cumulari potest cum actione civili in factum de resarciendo damno* pag. 121. num. 39. & pag. 129. in princ.

Accuſator ſi moriatur pendente diffidationis lite, heredes illius novam inchoare tenentur accuſationem, aliâs non audiuntur. 90. 29.

Actio Civilis ad reſarciẽda damna diffidato illata ad ordinariam ſpectat iuriſdictionem. 121. 40.

Actio legis Aquiliæ cõpetit ad damni incendio illati veram æſtimationem. 226. in fin.

Actio Prætoria ex Edicto de incendio competit de eo quod ablatum eſt ex incendio. 227. in princ.

Actiones ex maleficio pœnales in heredẽ rei non dantur. 89. 27.

Affectio & voluntas ex Iure conſiderantur naturali,

vali, non Civili 179. *in princ.*

Ambulans cum telo hominis necandi cauſâ, ordinariâ legis Cornelia de ſic netur pœnâ 190. 47.

Amputatio manus acerbior eſt ipſo ſupplicio ultimo. 209. 70.

Argumentum à ſimili non prodeſt ad convincendum. 191. *in med.*

Articuli in cauſâ criminali in contumaciâ non reſpondentis pro confeſſis acceptari non poſſunt. 123. 42.

Augmentũ eiuſdem eſt cenſuræ cum eo, cuius eſt augmentum. 65. *in princ.*

Auxiliatores, conſultores & hoſpitio recipientes diffidatorem, eâdem quâ ipſi rei coercentur pœnâ. 85. 22.

Auxiliatores & receptatores prædonum eâdem quâ ipſi rei tenentur pœnâ. 147. 6. *limitatur ut in pag.* 72. *nu.* 5.

B.

Bannitus omnia ſua bona amittit, & civiliter pro mortuo habetur. 186. *poſt princ.*

Bannũ Imperiale ſolus Cæſar & Rex Romanus, vel ipſorum nomine Camera Imperialis irrogare poteſt. 119. 36.

Bannum quod Status Imperii inferunt ſubditis ſuis, pro relegatione magis habetur. 119. *in fin. & ſeq.*

Bannũ Imperiale ſucceſſit in locum deportationis. 186. *in princ.*

Bellum ut ſit iuſtum, requiritur authoritas Imperatoris, item iuſta cauſa, & diffidatio. 16. 3. *Movere abſq; voluntate Electorum ipſi quoq; Imperatori prohibitum. ibid. Concitans abſq; licentia Imperatoris, crimen læſæ Maieſtatis committit.* 17. 5. *Excitans ſine* Impe-

Digitized by Google

Imperatoris authoritate, vim committit publicam. 65. in fin. & ſeq.

Brabantiæ Ducis Subditi à Iudicio Camer Imper etiam in cauſis fractæ pacis publicæ exempti ſũt. 120. 38.

C.

Cameram Imp. Proceſſus in cauſis diſſidationum ſuper fracta pace publica decreviſſe, præiudicijs probatur. 83. in princ.

Cautio de non offendendo quia eſt incerta, utiliter illi pœna ſubiicitur. 49. in princ. Fideiuſſoribus eſt præſtanda. 51. 21. Iuratoria quatenus admittatur. 52. 22. Simpliciter præſtita, perpetuò durat. 58. 30.

Cautionem de non offendendo etiam fœminæ minitantes præſtare tenentur. 50. 19.

Cautionem de non offendẽdo fideiuſſoriam etiam dives præſtare cogitur. 53. 23.

Clerici non poſſunt accuſare diſſidatores. 97. 3. fallit in Clericis qui ſunt Status Imperii. 98. 4.

Clerici qui ſunt Stat. Imperii ob diſſidationem & turbatam pacem publicam in Camera Imp. accuſari poſſunt. 98. 5. & pag. 100. n. 7. Limitatur in aliis Clericis, 120. 38. Reſpectu privilegiorum, bonorum feudalium & Regalium, forum Cæſaris ſortiuntur. 99. in princ. Mediatè Imperio ſubiecti corã ordinario ſuper diſſidationis crimine conveniri debent. 100. 8.

Cognitio Iudicialis quæſtionum criminalium diebus feriatis inhiberi debet. 164. in princ.

Comminatio nuda ali-

eiius

cuius privati corpori aut vitæ facta, non habetur pro diſſidatione 37. 5.

Conatus quādo puniatur ut ipſum factum. 75. in fin. & ſeq.

Conatus in delictis atrociſſimis habetur pro cōſummatione. 215. in princ.

Concluſum in cauſa ex parte rei accuſati nunquam intelligitur. 126. 48.

Concuſsionis crimē quid 14. 9.

Conditio ſuſpendit actum, & nihil in eſſe ponit. 26. 15.

Conſtitutiones Imperii de diffidationibus etiam ad conditionales diffidationes extendendæ. 28. 17.

Crimen quod concernit totam Rempub. licet conſummatum non ſit, ſed tentatum ſolùm, ordinariâ coercetur pœnâ. 214. in fin.

Crimina extraordinaria in quo differant à publicis. 172. 31.

Culpa lata dolo cenſetur proxima. 218. 79.

Culpa lata an infamet 219. in princ.

Cumulatio pœnarum diffidationis in Camera Imp. admittitur. 86. in fin.

D.

Damnum incendio illatum Iuramento probari poteſt. 228. 93.

Debitores Iuris remediis ad ſolutionem urgeri, nō vi armatâ terreri convenit 25. in princ.

Defendere à vi etiam extraneum licet. 55. in fin. & ſeq.

Delicta privata arbitrio actoris extraordinaria fieri poſſunt. 171. in fin.

Deportatio ſicut in locum interdictionis aquæ & ignis,

Digitized by Google

& ignis, ita bannum Imperiale in locum deportationis ſucceſſit. 185. in fin. & ſeq.

Deportati omnia ſua amittunt bona, & civiliter pro mortuis habentur. 186. poſt princ.

Diffidare eſt inimicitias denunciare, bellum indicere. 6. 3.

Diffidatio qualiter definiatur. 6. 4. Fit per denunciationem. 7. in fin. Et in hoc differt à violatione pacis publicæ. 8. in princ. Vim deſignat futuram, non præſentem. ibid. Committitur etiam in ſingulis perſonis. 8. 5. pag. 11. in princ. & pag. 43. per tot. Id quod perperàm negant nonnulli. 9. in princ. Appellatur malè fidamentum vel clarigatio, à quibuſdam. 11. 6. Iuſta fit bello iuſto publicè concitãdo. 15. 2. Quando dicatur iuſta. 18. & ſeq. n. 7. & 8. Non cuilibet privato etiam ex iuſtis cauſis permiſſa eſt, ſed tantùm Principib. & aliis habentib. merum Imperium & Regalia. 19. in fin. Fieri debet interdiu, non noctu, & quidem perſonaliter, vel in loco habitationis ipſius diffidati, & ut per tres dies ipſi intimetur; eaq; intimatio probetur 20. 9. Denunciata antè factas inducias, lapſo tẽpore induciarum benè in effectum produci poteſt. 20. 10. Iniuſta quæ dicatur. 21. 11. Alia eſt pura, alia conditionalis. 25. 14. Conditionalis à quibuſdam malè agnoſcitur pro ſimplici minitatione. 26. & ſeq. n. 15. cum ſeq. Fit ut plurimùm ſub conditione, niſi quid datum aut factum fuerit. 28. 17. Conditionalis per ſe crimen pu-

men puru eſt, non ſuſpenſum. 30. circa med. Ideò facta, ut à diffidato pecunia extorqueatur, uſitatè indigitatur Brandſchatzung. 32. 2. Expeditur vel propriâ diffidatoris voce, vel per literas, vel per nuncium, vel per ſigna quædam. 34. & ſeqq, nu. 1. 2. & ſeqq. Differt à minis. 38. & ſeqq. num. 6. 7. & 8. Iudicatur quando etiam uni minetur incendium. 39. in princ. Habetur licet non ſpeciatim incendii fiat mentio, ſed ſignò tantùm appoſito illud denuncietur. 39. in fin. Non infert vim armatam præſentem, ſed metum de violentia futura 60. 2. & 62. 5. & 67. poſt princ. Iniuſta eſt fractæ pacis publicæ ſpecies. 62. 5. Abſolvitur ſignorum hoſtilium adpoſitione. 77. in fin. & ſeq. Quomodo probetur. 122. 41.

Diffidationem omnem per Imperii Conſtitutiones abrogatam eſſe, quidam malè arbitrantur. 23. in med.

Diffidationem vel minitationem an indicent verba ſcripta, vel ore prolata, Iudicis arbitrio relinquendum eſſe, perperàm ſentiunt nonnullis 47. 15.

Diffidationem vel minas nũ verba prolata arguant, ex definitione diffidationis intelligitur. 43. in fin.

Diffidationes iniuſtæ cur ſint abrogatæ. 23. 12. Quam ob cauſam fieri ſoleant. 31. 1. Et hoſtilia ſonant in publicum. 38. 6. Iniuſtæ ſpeciem belli referunt. 65. 9.

Diffidator dicitur qui alteri bellum denunciat, & eius ſe hoſtem declarat. 12. 7.

Diffidatore ante litem conteſtatam mortuo, ad

quid

quid teneatur ipſius heredes. 87. 24. & ſeq.

Diffidatores Iure Carolino capite plectendi. 70. in fin. Præter pœnas definitas tenentur quoq; offenſis ad omne damnũ reſarciendum. 86. 23.

Diffidatus apellatur cui bellum denunciatur. 12. 7.

Digniores mitius puniuntur quàm ignobiles. 182. poſt princ.

Dolo facit qui uti non vult Iuris viâ, ſed vindictam amat privatam 68. poſt princ.

Dolo in cauſa fractæ pacis publicæ non probato, pecuniaria ſaltem pœnæ locus eſt. 91. in medio.

Dolum arguunt facta & verba iniuſta, illicitaque. 67. in fin.

Domino ſervum percutere, non occidere licet. 192. in princ.

E

Exceptiones rei diffidatoris quænã. 123. 43.

Exempla facta in Germania diffidationis. 12. 8.

F.

Fœminarum minæ non ſemper vanæ. 50 19.

Fœminæ vindicta non admodum conſideranda. 50. in princ.

Fœminæ turbare quoque dicuntur pacem pucem publicam. 50. 19.

Formula ſupplicationis in cauſa diffidationis pro mandato avocatorio & de non offendendo, remiſſiuè. 112. in fin.

H.

Heredes diffidatoris ad quid teneantur, diffidatore ante litem conteſtatam mortuo. 87. & ſeq. n. 24. 25. & ſeq.

Homicida doloſus gladii pœna multatur 170. 28 Nobilis ordinaria plectendus videtur pœnâ. 180. per

Digitized by Google

180. per tot. & pag. 183. in fin. Nobilis extra ordinem punitur 182. post princ. Vel latro Nobilis non poteſt coerceri Banno, ſi ex iuſtâ causâ mitior in eum pœna decernenda Iudici videtur. 186. 44.

I.

Ignem negligentius habens fuſtib. caſtigandus. 224. in princ.

Ignoſcendum eſt illis qui pro ſuis tuendis conſilium capiunt. 177. in med.

In puniendis incendiariis diſtinguitur inter incendia quæ in oppido vel pago committuntur, & ex quib. caſa aut villa conflagratur extra Civitatem vel Pagum, 203. 60. & pag. 205. num. 63. Ratio habetur ſtatus & conditionis, an ſcil. illi vilis ſint conditionis, aut honeſtate præditi. 199. in fin. & pag. 206. num. 65. Non diſtinguitur in Iure noſtro inter magnum & parvum factum incendium. 210. in medio. In Electoratu Saxoniæ non diſtinguitur utrum incendium in civitate vel extra eam commiſſũ, item an à perſona vili aut honeſtâ perpetratum ſit. 213. 73.

In puniendo Nobile criminis reo reſpiciendum ad Leges, an ſcil. hæ pœnam reis uniformiter vel difformiter definiant. 183. 41.

Incendiarius & ad pœnam Fiſco applicandam, & ad damni emendationem uno eodemq; iudicio conveniri poteſt. 228. 91. Latâ Culpâ excitans incendium ſi damnum ex inopia præſtare nequeat, quid Iuris. 232. 98. Faciens incendium ex levi & leviſſimâ culpâ, ad quid teneatur. 231. & ſeqq. num. 96. cum ſeqq.

Q Incen-

Incendium contingit dolo, vel culpâ, vel caſu. 197.52. *Doloſum quodnam dicatur.* ibid. nu. 53. *Datâ operâ excitans qualiter puniatur.* 207. 66. *Excitans in causâ vel villâ, lenius punitur.* 209. & *ſeq. nu.* 69. *cum ſeq. Quando latâ culpa factum dicatur.* 216.77. *Lata culpa cauſans præter pœnam tenetur etiam ad reparationem damni illati.* 225. 88. *Quando levi culpa excitatum intelligatur.* 229. & *ſeq. num.* 94.

Innocentia rei probari poteſt etiam poſt cauſæ concluſionem. 126. 48. *Iudex non poteſt remittere, aut mutare, vel minuere legis pœnam* 79. *in med. Competens in causa fractæ pacis publicæ eſt Cæſar, vel Camera Imp.* 118. 35. 40. *Interdum etiam ordinarius domicilii.* 121. 40. *Cauſarum criminalium non poteſt alii delegare Iurisdictionem ſuam, niſi in caſu abſentiæ.* 161. 18. *Fallit hoc in causa latrocinii. pag.* 162. *in princ. Ex cauſa rationabili minuere poteſt pœnam homicidiæ Nobili.* 184. *poſt princ.*

Iudicis arbitrio tantùm locus eſt, quando quid lege definitum non eſt 48. *in princ. Arbitrium in puniendo incendiario, qui lata culpa incendium excitavit, conſiſtit quoq; in quadam conniventia.* 222. 84.

Ius naturale & Divinum eſt immutabile. 180. *circa med.*

Ius novum quoties ſpecialiter non tollit Ius vetus, tunc eius diſpoſitio adhuc locum habet. 209. *poſt princ.*

Latro

L.

Latro famoſus an dicatur, qui tria latrocinia diverſis ſub Iurudictionibus & quidem horum unum in territorio ubi captus fuit, commiſit? 166. & ſeq. nu. 25. Famoſus tormentis interrogari poteſt de aliis etiam criminib. quam cuius nomine captus fuit. 156. 13. Sed an hoc fieri poſſit ſine criminum illorum indiciis. ibid. num. 14. Famoſus etiam de ſociis interrogari poteſt 159. 16. Famoſus à quocunq; impune occidi poteſt. 160. 17.

Latrocinii definitio. 148. 7.

Latrocinium vel fit ſolius hominis necandi animo; vel hominis trucidandi & prædandi cauſa. 149. 8.

Latrones dicuntur quaſi laterones. 143. circa med. Alii dicuntur famoſi alii non. 150. 9. Vt dicantur famoſi tria requiruntur. 151. in princ. Famoſi propria authoritate capi poſſunt. 153. fin. & ſeq. Dimittens, ſi eos apprehendere poſſet, an puniendus. 154. & ſeq. num. 11. cum ſeq. Et Piratæ comparantur Patriæ & Fidei hoſtib. 161. in med. Famoſi die etiam in honorem Dei feriato torturæ ſubiici poſſunt. 162. 20. Famoſi die in honorem Dei feriato non poſſunt legitima affici pœna. 163. 21. Famoſi quomodo puniantur. 164. & ſeqq. nu. 22. 23. cum ſeqq. Famoſi ubicunq; capiuntur ibi etiam puniri poſſunt. 164. 23. Famoſi ordinaria feriuntur pœna, licet pro primo vel ſecundo latrocinio antea non puniti ſint. 168. Non famoſi qua pœna afficiendi. 169. 27.

Latronibus denegatur

Ius aſyli. 151. 10. *Beneficium appellationis.* 152. *in med. Copia indiciorum, & defenſio.* 159. 15.

Latronum occultatores, auxiliatores & ſocii eadem qua ipſi latrones plectuntur pœna 170. 29. *& pag.* 176. *nu.* 35.

Leges nihil fruſtraneè concipiunt 64. *in princ.*

Legis inter 10. *ff. de publ. ind. explicatio.* 106. *in med.*

L. 1. *in princ. ff. de Receptatorib. Interpretatio.* 174. 34.

L. 1. *verſ. Et latrones, C. de his qui latrones occultav. Intellectus.* 175. 35.

L. Capitalium 28. §. *incendiarii. ff. de pœn. ſenſus.* 232. 98.

L. Qui ades 9. *verſ. ſi verò caſu, ff. de incend. ruin. naufrag. dilucidatio.* 233. *in med.*

Legum textus in dubio iuxta naturam tituli, ſub quo proponuntur intelligendi. 63. 6.

Lex qualibet ſuo titulo reſpondere debet. 63 *in fin. Imponens pœnam reo ob conatum, de ordinaria intelligenda.* 75. *in fin. & ſeq. Secus ſi iubeat ſimpliciter coercere delinquentem ob conatum.* 76. 10.

Linguæ lubricitati Iura parcunt. 45. 14.

Literæ quibus pax publica violatur habentur pro diffitatione. 38. 6.

M.

Mandati avocatorii & de non offendendo extrahendi practica. 109. *& ſeqq. nu.* 19. *cum ſeqq.*

Metus an dicatur iuſtus, Iudicis arbitrio relinquitur. 51. 20.

Minaces voces effundens in carcere detinendus donec cautionem de non offendẽdo præſtet. 48. 16. *Tenetur præſtare cautionem de non offendendo & prin-*

Digitized by Google

& principalẽ petentem, & eius familiares. 54. 24.

Minæ in quo differant à diſſidatione. 38. & ſeqq. num. 6. 7. cum ſeqq *Nudæ alicuius improbi hominis quatenus pro diſſidatione habeantur.* 46. per tot.

Minitator cautionem de non offendendo pro ſuis etiam domeſticis & amicis præſtare non tenetur. 56. 26. *Spondens ſe effecturum ne tertius aliquis offendat petentem, valida cenſetur hæc cautio.* 57. 28.

N.

Nobiles latrocinii crimine ſe polluentes an ordinaria plectendi pœna. 179. & ſeq. num. 39. *Gravius puniendi videntur in delictis quæ redeunt in contumeliam nobilitatis.* 181. in medio. *Sed contrarium verius.* ibid. num. 40. *Nobiles ideò gladii pœna hodie multari, quia olim in eos ſtatuta fuerit deportationis pœna, quidam malè arbitrantur.* 184. 42. & ſeq.

Nobilis homicida voluntarius ordinaria plectendus videtur pœna. 180. in princ. *Homicidæ pœna an ſit deportatio, vel bannum.* 182. in princ. & pag. 186. n. 44.

Nuncio creditur donec contrariũ probetur. 113. 27.

O.

Occidens dominum ſuum, vel agnatum proximiorem, qualiter puniatur. 169. 27. *Alium pro alio ex errore, an ordinaria homicidij pœna teneatur.* 187. & ſeqq. nu. 45. & ſeq.

Occidere volens Titiũ,

ſi & Titium & alium ſimul interficiat ordinaria homicidii afficitur pœna. 194. num. 49. Intendens inimicum ſuum, ſi alium interveniente necaverit an ordinaria legis Cornel. de ſicar. pœna ferícatus ſit. 194. in fin. & ſeq. nu. 50.

Offendens aliquem caſu fortuito non delinquit. 196. ante finem.

Ordinatio Crimin. Caroli V. Imp. in art. 125. ignis pœnam incendiario imponens, intelligenda de illo qui vilis eſt conditionis. 208. 68.

P.

Pacem publicam turbans coniunctim ad pœnam Fiſco applicandam, & damni emendationem conveniri poteſt. 125. 39. & pag. 229. in princ.

Pax publica tunc violata dicitur, quando vis cum impetu facta eſt, 6. 3. Vt dicatur violata, dolus malus requiritur. 61. 4. Turbatur non ſolùm per vim præſentem, ſed etiam per molitiones & conſpirationes. 62. 5.

Piratæ nomen unde dictum. 150. in princ.

Pœna diffidationis iniuſtæ quænam. 70. 1. Adponentis ſigna hoſtilia Brandtzeichē iuſſu diffidatoris eſt ultimum ſupplicium 73. & ſeq. nu. 6. Diffidationis pecuniaria eſt 200. marcarum auri. 83. 19. Diffidationis an hodie ſit aucta. 84. 20. Diffidationis cedit partim Fiſco, partim læſæ parti. 85. 21. Hâc diffidatorum tenentur quoq; conſultores, auxiliatores & hoſpitio eos recipientes. 85. 22. Criminis qualibet legis authoritate & ſic ipſo Iure imponitur. 89. 28. Banni diffidatoribus definita, interdum converti poteſt in pecunia-

cuniariam. 90. 30. Diſfidationis ordinaria ex quib. cauſis moderanda. 91. 92. & ſeq. num. 30. 31. & ſeq. Banni implicite continet amiſſionem privilegiorum. 93. 33. Latronum quænam. 164. & ſeq. num. 22. & ſeqq. Augetur ex frequẽtiâ delinquendi 167. in med. Latrocinii tenentur etiam qui occultarunt latrones, ſeſeq́ illis aſſociarunt, item, qui acceptâ pecuniâ, vel parte ſurreptorum eos dimiſerunt. 170. 29. & pag. 126. nu. 35. Recipientium agnatos & affines ſuos latrocinii crimine fœdatos, quænam. 177. & ſeq Definit à latronib. & eorum receptatorib. An etiam ad Nobiles reos pertineat. 179. 39. Latronis & homicidæ Nobilis quæ ſit. 182. & ſeqq. Eâdem puniuntur Nobiles & ignobiles rei ſi lex uniformiter maleficio cuidam pœnam ſtatuit, ſecus ſi difformiter ex perſonarum qualitate. 183. 41. Interficientis alium pro alio, quæ ſit. 187. & ſeq. num. 45 cum ſeq. Homicidii ordinaria ut locum habeat requiritur doloſa voluntas, & ſequutus doloſi propoſiti eventus. 189. 46. Homicidii ordinariâ afficitur is qui Titium percutere volens, & Titium & alium ſimul occidit. 194. 49. Illius qui telum miſit in ſuum inimicum, at non ipſum, ſed alium intervenientẽ necavit, quænam 194. 50. Incendiariorum quæ ſit. 198. & ſeqq. num. 54. cum ſeqq. Capitis in l. ult. ff. de incend. ruin. naufrag. Et l. ſi quis dolo, ff. ad L. corn. de Sicar. eſt ultimũ ſupplicium. 200. 55. Mortis non eſt unius generis ibid. Incendiario-

rum non æſtimatur ex magno vel parvo incendio. 210 in med. & pag. ſeq. Incendiariorum in Electoratu Saxoniæ indiſtinctè eſt Ignis ſupplicium. 213. 73.

Pœna incendiariorum pari tenentur & illi, qui materiam incendio commodam animo nocendi alicubi depoſuerunt. 214. 74. Item ille qui ſcientiam habet criminis hujus, vel opem præſtitit incendiario. 215. 75. Incendiariorum Iure Canonico eſt excommunicatio. 215. in fin. & ſeq.

Pœna incendii latâ culpa excitati quæ ſit. 217 in fin. & ſeqq.

Pœna ob iuſtum dolorem interdum temperanda. 222 ante fin. Excitantis incendium levi, leviſſima culpa, quænam. 231. & ſeqq. num. 96. cum ſeqq.

Pœna banni & pecuniariæ quando ſit locus in crimine diffidationis. 115. & ſeqq. num. 27. cum ſeqq.

Pœnam diffidationis pecuniariam eſſe. 2000. marcarum auri quidam malè exiſtimant. 117. 23.

Pœnitētia delinquentis non tollit conſummatum delictum. 78. 13.

Potentia actui propinqua, pro ipſo actu habetur. 62. in fin.

Prædatio in quo differat à latrocinio 142. 3. Differt a Rapina. 144. 4. Prædationis definitio 140. 1.

Prædo in Iure noſtro dicitur quoq; malæ fidei poſſeſſor. 143. in fin.

Prædones Iure Iuſtinianeo capite puniendi. 145. in princ. Simplices Iure Saxonico plectuntur gladio, & rotæ imponuntur. 145. in fin. In Germania rota coercentur, vel reſte

reſte puniuntur. 146. in princ. In nonnullis Provinciis ocreati ſuſpenduntur ibid. Non gaudent Iure aſylorum. 147. in med.

Privilegium fori Clericis conceſſum, non habet locum in bonis feudalibus 99. in fin.

Procurator in causâ criminali neque ad perſequendum, neque ad defendendum crimē admittitur, ſi pœna maior ſit relegatione. 101. 9. Contrarium autem ex Iure Iuſtinianeo defendi poſſe videtur. 105. 15.

Procurator in Camerâ Imp. etiam in causâ fractæ pacis publicæ admittitur. 104. 14.

R.

Reatus excludit omnē honorem. 180. circa med.

Receptatores diffidatorum, quâ afficiantur pœnâ. 85. 22. Latronum extra ordinem puniuntur. 171. in princ. & pag. 172. num. 32.

Receſſus Imperii de diffidationib. publicati, ſunt augmentum Conſtitutionis de pace publicâ. 64. 7. Recipiens agnatū vel affinem latrocinii reum, non ſeverè admodum puniendus. 177. per tot. Coercetur pœna pecuniaria. 178. 37.

Reconventio in cauſa fractæ pacis publicæ regulariter fieri nequit. 127. 49.

Remedia contra diffidatorem Iure comparata quænam. 108. 18.

Reus abſens cum quo lis non eſt conteſtata, damnari non poteſt in publico iudicio capitali. 107. 17.

Reus fractæ pacis publicæ an pendente iudicio, diſponere poßit de reb. ſuis & remißivè. 128. 50.

Reus criminis regulariter

riter de ſociis torqueri nequit. 159. 16.

S.

Scopeliſmus quid. 13. 9.

Scriptores literarum diffidateriarum qua pœna plectendi. 71. & *ſeq.* 3. & 4.

Si pœnitentia ducti repetant literas illas, antequam damnum aliquod inde ſequutum fuerit, non puniuntur ordinaria diffidationis pœna. 75. *in princ.*

Signa diffidatoria Brandtzeichē *iuſſu diffidatoris affigens, capite punitur.* 73. 6. *Hoſtilia adpendens, & illa poſtea repetens ordinaria diffidationis tenetur pœna.* 77. 12.

Stipulari alteri nemo poteſt, niſi in poteſtate illum habeat. 55. 25.

T.

Telum dicitur omne id quo hominis nocendi cauſa quis utitur. 148. *in fin.*

Torqueri an poſſit latro de criminibus aliis, quàm cuius nomine captus fuit, licet non adſint contra eũ indicia? 165. *in fin.* & *ſeq.*

Tortura eſt res periculoſa & fragilis, quæ ſæpè veritatem fallit. 157. *in med. Non adhibetur niſi duo coniunctim adſint.* 157. *in fin.* & *ſeq.*

Tranſactio de crimine fractæ pacis publicæ Iure permiſſa eſt. 123. 44. *Nihil tamen præiudicat Imperatori vel Fiſco.* 124. 45.

Triduum in l. inter duo ff. de publ. jud. accipitur pro trinundino. 106. *in fin.*

V.

Verba rebus congrua eſſe debent. 5. 2.

Verba

Digitized by Google

Verba hæc: Jch will dir einen rothen Hanen auffs Hauß ſetzen: *quatenus inducant diffidationem.* 35. *in princ.* *Hæc*: Jch will mit dir ein kugel wechſeln / vnd dich erſchieſſen / *non habentur pro diffidatione.* 37. 5. & *pag.* 41. *n.* 8. *Id quod limitatur pag.* 42. *n.* 9. *Hæc*: Jch will mich an dir rechen / ich wil mit dir zuthun habẽ / ich will dirs gedencken / *pro nudis habentur minitationib.* 41. *in princ.*

Verba quibus quis calore iracundiæ, vel ex ebrietate, vel linguæ lubricitate minatur alicui gladium, pugnam incendium &c. pro diffidatione nõ habentur. 45. 14. *Scripta vel ore prolata num diffidationẽ vel minas indicent, iudicis arbitrio relinquendum eſſe, quidam male arbitrantur.* 47. 15.

Verbum DIFFIDARE *ineptè derivatur à Gallico vocabulo deffier.* 4. 1.

Villa & caſa diſſeparantur à civitate & oppido, non etiam pagus 206. 64.

Violentiarum quinq; ſunt genera 63. *in princ.*

Vis publica non ſolùm fit armata manu, ſed & collectis hominib. 59. 1. *Tam publica, quàm privata criminib. connumeratur publicis.* 141. 2.

Errata Typographica.

PAGINA 8. *linea* 1. *pro cervum, lege certum. ibid. lin.* 9. *Leg. Mindan. ibid. lin.* 12. *diffidatoriam. pag.* 19. *lin* 23. *clam. pag.* 24. *lin.* 8. *poſtlim. pag.* 27. *lin.* 20, *diffidationibus. pag.* 33. *in ſummario* 10. *pro*

quia

quia ſonent, lege non ſonent. pag. 37. in margine pone num. 9. pag. 44. lin. pen. dictio. pag. 45. lin. 13. aut. pag. 50. lin. 19. ſolent. ibid. lin. 21. dicuntur. & lin. ſeq. opera. pag. 51 lin. 11. prodat, lege cadat. & ibid. lin. 13. juſtus. pag. 58. lin. 4. autem. pag. 60. lin. 23. dele accentum ſuper vocul. cum. pag. 61. lin. 15. Receſſu. pag. 105. lin. 22. datur. pag. 176. pro numero marginali 93. pone 36. pag. 212. lin. 2. utrùm.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google